

vh. Mus. Bibl. Lep

R.
Σὺν Θεῷ

De

ÆTERNO PRÆDE- STINATIONIS DECRETO,

*An absolutum sit, nec ne;
DISQVISITIO THEOLOGICA,
CONTRA CALVINIANOS*

dilucidè tractata,

*Et
IN ILLUSTRI SALANA*

*Partim pro supremo in Theologia Gradu
Partim pro Loco in Facultate Theologica*

obtinendo

publicæ Disputationi exposita

JOHANNÉ MUSÆO,
SS. Theol. D. & P.P.

ANNO M DC XLVI.

Ex multorum voto denuò in lucem emissa.

JENÆ,

Typis PAULI EHRICHI.

Anno 1703.

ETERNI PRÆDE
SALVATIONIS DECRESIO

CONTRACALVINIUS

IN LIPSIENSIA SALVIA

Propriatum facere uerbius in Teologico Quatuor
Propriatum facere uerbius in Teologico Quatuor

operin*er*endo

Proprietas Dicitur inchoatio

JOHANNES MISERIO

22. Logoi D & PT.

ANNO MDXXII

Typis Fratris Hieronimi

Sixtus Theologus

Gloria sublimior est articulus de prædestinatione filiorum Dei ad vitam æternam, eò pluribus & gravioribus subjetet controversiis: inter quas non est insima hæc: *Utrum decretum prædestinationis absolutum sit, nec ne?* Quæ ut imprimis superiori seculo inter Calvinum ejusque sequaces, & Augustinæ Confessioni addictos Theologos magno fervore agitata est, ita etiamnum in Scholis uberem disputandi materiam suppeditat. Non autem animus nobis est Calvini, Zwinglii, Bezae aliorumque circa illam durissima effata examinare, cum quid absurdum ea secum trahant, antehac à pluribus satis sit ostensum: sed potius quid recentiores sentiant Scriptores explicare, & fundamenta, tūm quibus suam opinionem stabilium; tūm quibus nostram, eamque veram sententiam impugnatum eunt, expendere allubescit. Esto itaque

CAPUT I.

Status Quæstionis.

Prædestinatione ambiguae dicta. An ejus species sit reprobatio. An & quomodo ab electione differat. Bucanus refutatus. Questio de decreto prædestinationis, An absolutum sit, nec ne;
exposita.

§. I. Prædestinationis vox ambigua est, nec uno semper modo ab Autoribus usurpatur.

§. II. Plerique Calvinianorum, nonnullos veteres scriptores secuti, promiscuè eā tūm in bonam, tum in malam partem utuntur, & duas prædestinationis species constituant: electionem scilicet & reprobationem: quarum illam prædestinationem ad vitam; hanc prædestinationem ad mortem appellant: quamvis in posterioris explicatione non omnino inter se convenient.

A 2

§. III.

IV 2

§. III. Beza enim in Vol. I. oper. p. 417. statuit: *Deum predestinasse reprobos non tantum ad damnationem, sed etiam ad causas damnationis.* Et Piscator in Not. ad Tr. Vorstii de Deo: *Deus, ait, destinavit omnes homines ad peccata: idque propterea, ut alios ex misericordia servaret, alios ex Iustitia puniret & perderet.* Vide ejus Resp. Apol. ad Paraf. & Amic. Dupl. Vorstii c. III. Exunc. IX. idem tentire videtur Zanchius L. V. de Nat. Dei c. II. p. 620. ubi reprobationem, quam paulo ante prædestinationem ad mortem vocaverat, consequi, dicit, *denegationem gratie; hanc peccata; peccata pœnas peccatorum, additque: Ad que omnia PRE-ORDINAVIT Deus reprobos ab omni aeternitate.*

§. IV. Quæ explicatio Deum directè peccati causam facit. *Si enim, cum à Deo fieret homo, sic erat in presenti opere Dei bonus, in prædestinatione ejus esset malus, procul dubio Deo opere malus futurus erat, à quo ad peccatum prædestinatus fieberat. Ubi statim illa consequetur absurditas, ut dicatur, quod Deus (de quo Prophetæ dicit: qui fecit, quæ futura sunt) in se habuerit (quod absit) iniquitatis originem, si hominem, à se factū, ipse prædestinaverat peccatorem.* Prædestination enim ejus preparatio est operum ejus, inquit Fulgentius de prædest. ad Monim. lib. I. ubi etiam ex Augustino fusè disputat: *Deum præscire tantum, non autem prædestinare mala.* Confer Autorem libri de prædest. Dei c. II. & Hypognost. lib. VII. Prosp. in Resp. ad cap. Gallorum cap. XIV. & seq.

§. V. Nonnulli verò statuunt, *Deum prædestinasse* quidem reprobos ad damnationem non autem ad peccatum, tanquam ad damnationis causam. *Nemo est ad peccandum à Deo prædestinatus,* scribunt Embdani in judicio de Artic. I. Remonstrantium. Atque sic prædestinationis vox, de reprobis usurpata, importat ordinatem ad pœnam, nempe ad damnationem, non autem ad causam pœnae, h.e. ad peccatum, ut pote in quod homo suapte culpa, Deo illud non prædestinante, sed saltim permitente, prolapsus est.

§. VI.

§. VI. Quo sensu etiam Augustinus prædestinandi verbo
utitur, cum in Enchirid. ad Laur. cap. 100. Deum, dicit, tan-
quam summè bonum. & malis bene uti ad eorum damnatio-
nem, quos justè prædestinavit ad paenam, & ad eorum salutem,
quos benignè prædestinavit ad gratiam; & cum Lib. XV. qd
Civ. Dei c. I. genus humanaum in duas dispescit societates,
quarum si una, que prædestinata est in eternum regnare cum
Deo; altera eternum supplicium subire cum diabolo.

§. VII. Quod palebrè explicat laudatus Fulgentius d. l.
Porro, inquiens, iniquis punitus est, quod ut essent ma-
li, non dedit, nec eos ad iniquitatem aliquam prædestinavit;
quia ut inique vellent, hoc eis daturus ipse non fuit. Et quia
mala voluntatis perseverans iniquitas multa remanere non
debuit, tales ad interitum prædestinavit: quia talibus justæ
punitionis supplicium preparavit &c. Et paulò post: Ecce
ad quod Dominus iniquos & impios prædestinavit, i.e. ad sup-
plicium justum, non ad aliquid opus injustum: ad paenam,
non ad culpam: ad punitionem, non ad transgressionem: ad
interitum, quem ira justi judicis peccantibus reddidit, non
ad interitum, quo inse iram Dei peccantium iniquitas pro-
cavit. Hæc ille: cum quo confer. Prosp. d. l. c. XV.

§. VIII. Nos insistentes vestigiis Scripturæ, quæ verbum
ταῦτα εἰναι, prædestinare, nuspia de hominibus in malam
partem adhibet. Prædestinationem hic strictius accipimus,
nemp̄ pro prædestinatione ad vitam tantum, quæ alias etiam
dicitur electio ad vitam eternam.

§. IX. Scholasticis quidem, & aliis quibusdam Docto-
ribus frequens est distinctio inter electionem ad gratiam,
quæ circa media salutis; & inter electionem ad gloriam, quæ
circa ipsam salutem seu vitam æternam versetur. Ultram-
que dicunt esse voluntatem efficacem: sed illam, quæ dona
gratiae; hanc, quæ salutem seu vitam æternam Deus uni præ-
altero, seu uni potius, quam alteri conferre ab æterno vo-

Iuerit. Quin & prædestinationem propriè putant ad dōna
gratiae terminari, sicut etiam ab Augustino dicitur esse *præparatio gratiae*; item *præscientia* & *præparatio beneficiorum Dei*, quibus certissimè liberantur, quicunq; liberantur. Vide
eius lib. de præd. Sanct. c. X. & de Bono Persev. c. XIV. quo-
modo prædestination secundum rem coincideret cum elec-
tione *ad gloriam*; non autem cum electione *ad gloriam*.

§. X. Verūm quicquid sit de distinctione hac inter dupli-
cem electionem, ut & de illo, quod prædestination sit *præparatio gratiae*. In praesentia agimus præcisè de electione,
quam dicunt, *ad Gloriam*, & prædestinationis vocabulo si-
militer utimur juxta consuetudinem, in Ecclesiis nostris re-
ceptam, prout scilicet significat præordinationem ad vitam
æternam, & *quoad rem idem* est, quod *electio ad gloriam*,
seu *electio ad vitam æternam*.

§. XI. Dico: *quoad rem*. Nam ob diversa annotata, quæ
diversus significandi modus innuit, aliqua rationis distinc-
tio inter ea facilè admitti potest: quandoquidem præter
destinationem salvandorum ad vitam æternam, quam utra-
que vox eo, quo hinc accipitur, significat importat, *præde-
stinationi* vi particulari *præ prioritatem* quandam *ordinationis*
illius; *electio* autem ob præpositionem è vel ex respectum
connotat ad homines, & quidem hoc loco ad homines pec-
cato corruptos, è quorum cœtu, qui salvantur, electi & se-
gregati sunt. *Quoad rem tamen*, non obstante istorum
connotatorum diversitate, utraq; appellatione unum idem-
que illud decretum nobis denotatur, quo Deus aliquos è
perdito genere humano, & quidem eos, qui in Christum
perseveranter credituri essent, ab æterno ad salutem ordina-
vit, seu salvare secum constituit.

§. XII. Bucanus in instit. Theol. p. 387. electionem dicit
dupliciter accipi, & propriè quidem referri *ad hominis jam
conditi* & *lapsu corrupti conditionem*, ut per eam significe-
tur

tur separatio, que re ipsa sit in tempore per vocationem efficacem certorum hominum est perditum genere humano, adeoque est tenebris ad lucem: sed metonymice usurpari eam pro eligendi proposito, & quod Deus in semetipso decrevit.

§. XIII. Juxta Bucanum igitur electionem, propriè sumtam, & prædestinationem id intercedit discriminis, quod hæc sit actio Dei interna & eterna; illa vero externa & quæ, rebus existentibus, in tempore fiat.

§. XIV. Cui opinioni, ritè persensa, vix est, ut calculum nostrum adjiciamus. Nam ad electionem propriè non requiritur, ut rerum, actu existentium, una ab altera per actionem aliquam externam segregetur, sed sufficit, si interno voluntatis actu, seu intentione quis unum alteri præferat, etiam res, inter quas sit electio, nondum sint in rerum natura: v. g. cùm II. Sam. XXIV. v. 12. tria Davidi mala proponerentur, ut ex iis, quod vellet, sibi in poenam eligeret, electio aliter fieri non poterat, quam intentione, quam tanquam actu voluntatis interno unum alteri præferebatur. Neque enim illa mala vel actu runc præsentia, vel ita comparata erant, ut actione aliqua externa unum ab altero segregari potuerit.

§. XV. Quod si vero electio, propriè dicta, etiam rei non existens esse potest, facile pater, nec ut in tempore fiat, ad illam necessarium esse. Id quod videtur adhuc clarius hunc in modum ostendi posse: *electio ad aliquem finem*, ex usu loquendi, nihil formaliter & tanquam simpliciter necessarium importat, præter destinationem ad finem; & respectum ad ea, è quibus sit electio. Neque enim ratio nostra, cùm audimus quempiam electum esse ad aliquid, quicquam præter duo haec primò & per se concipit, utrumque autem hoc requisitum reperitur in electione ad vitam æternam, etiam si eam æterno factam esse dicamus. Prius quidem: quia destinatio salvatorum ad vitam æternam, etiam juxta Bu-

canum

castum & alios Calvinianos, ab aeterno facta est. Posteriorius autem: quia non omnes homines, sed aliqui saltim ex perduto genere humano ad vitam aeternam destinati sunt. Destinatio autem aliquorum ex perduto genere humano expressè includit respectum ad perditum genus humanaum, ex quo ad vitam aeternam aliqui ab aeterno destinati sunt. Nec quicquam inter se differunt, aliquorum ex perduto genere humano ad vitam aeternam destinatio, ab aeterno facta, & eorumdem ad vitam aeternam aeterna electio.

S. XVI. Hec circa voces, prædestinationis & electio, monuisse nunc sufficiant. Ceterum cum de decreto prædestinationis, an absolutum sit, nec ne; questio instituitur, nosse insuper opörter, quo sensu ab iis, qui in affirmativam partem abeunt, illud *absolutum* dicitur.

S. XVII. Dicitur autem ita ad excludendum respectum, quem Deus, cum è lapsis hominibus aliquos, & quidem hos potius, quam illos, ad vitam aeternam prædestinarer, ad aliquid extra se, tanquam ad causam impulsivam, ab aeterno habuerit.

S. XVIII. Notanter loquor de causa impulsiva. Nam quod Deus decreti prædestinationis efficiens, salus hominum, item manifestatio bonitatis, & misericordiae divinæ finalis causa sit, nunc extra dubitationis aleam positum est: controvertitur autem de impulsiva, quam Calviniani dicunt in se solo Deum habuisse, nempe suam evanescere seu benevolum voluntatis sue effectum, & proinde absoluti decreti appellatione tale intelligunt decretum, quo Deus, nullà causa extra se, sed solo suo benevolo affectu motus, seu tantum quod sibi ita placeret, aliquos homines, & quidem hos potius, quam illos salvare ab eterno secum constituerit.

S. XIX. Causa autem extra Deum, quas nomine absoluti decreti nunc volunt exclusas, precipue sunt fides in Christum, seu meritum Christi fide apprehendendum, & bona opera:

*opera: quorum illud à nobis, hæc unà cum illo à quibusdam
Scholasticis & Pontificiis pro' prædestinationis impulsiva
causa habentur.*

§. XX. *Sensus igitur propositæ questionis reddit hic: U-
trum Deus causâ aliquâ extra se, an verò solo benevolo esse-
t ut voluntatis sua motus fuerit, ut ex lapsis hominibus ali-
quos, & quidem hos potius, quam illos ad vitam æternam
prædestinaret?*

§. XXI. *Quæ questione, ut patet, virtute duas complecti-
tur: quarum una querit de causâ prædestinationis absolute,
quâ scilicet Deus ab æternô fuerit motus, ut aliquos homi-
nes ad vitam æternam prædestinaret. Altera querit de eâ-
dem, sed comparativè, h. e. de causa, quâ motus fuerit Deus,
ut hos potius, qui prædestinati sunt, quam reliquos ad vitam
æternam prædestinaret.*

§. XXII. *Ne verò in vocabulo Causa latens ambiguitas
forsitan alicui imponat, sciendum porrò est ex Cajetano in I.
Post. c. II. Causam propter quam (quod & de aliis causis pro-
cedit) dici bifariam: Quedam enim est Verè & realiter cau-
sans, (secundum aliquid genus causalitatis), id, cuius causa
dicitur, & distinguitur realiter ab eo, cuius est causa, sicut ra-
tionalitas est causa visibilitatis. Quedam autem est, que non
tam est causa ejus, cuius Causa dicitur, quam ratio, quod illud
insit, & non solum ratio, quod cognoscatur inesse: sicut omni-
moda immutabilitas in Deo est causa sue aeternitatis, & im-
mortalitatis. Illam vocat Causam in effendo formaliter hanc
causam in effendo viraliter, utpote quæ saltim est ratio ef-
fendi à priori, que (si illud, cuius causa dicitur, causaretur)
sufficiens in suo ordine causa illius esset, ut ibid. Cajetanus lo-
quitur.*

§. XXIII. *Jam prædestination, cum in Deo non sit actus
productus, nec secundum rem ab essentia divina differat,
realem sui causam nullam agnoscit. Quando igitur de ejus*

causa impulsiva agimus, accipienda est vox causæ non priore, sed posteriore modo, h. e. non pro causa, quæ verè & realiter influat, sed pro ratione à priori, quæ se per modum causæ impulsivæ habeat, & quærenti: *Quid Deum ab eternò moverit, ut ex lapsis hominibus aliquos, & quidem hos potius, quam illos ad vitam eternam prædestinaret;* non minus satisfaciat, quam si vera & realis causa esset.

CAPIT. II.

Calvinianorum opinio.

Calvinianorum opinio ex Wendelino ostenditur. Ordo decretorum divinorum. Wendelini & Autoris Stabilimenti Irenei fundamenta adducta.

§. XXIV. Quà de questione, quæ Calvinianorum sit opinio, iam ante in §. XVII. & seqq. subinnuitus: nimurum Deum, statuunt, nulla alia re ad vitam eternam aliquibus discernendam permotum fuisse, nisi benevolo voluntatis sue affectu, seu beneplacito suo: Verba sunt Wendelini in Christ. Theol. Lib. I. c. 3. p. 120. quibus quidem concedit, benevolum affectum voluntatis divinæ, seu beneplacitum Dei esse causam impulsivam decreti prædestinationis; negat autem, præter hanc, ullam aliam dari, & propterea illud *absolutum* vocat, non quod planè nullam, sed quod nullam extra Deum, vel à beneplacito Dei diversam, sui causam impulsivam agnoscere existimet. *Absolutum est*, ait d. l. p. 126. *respectu cause impellentis, in homine existentis, vel à beneplacito Dei diversæ. Hujusmodi enim causa nulla fuit.* In specie autem, contra nos, intuitum meriti Christi & fidei; contra Pontificios verò intuitum bonorum operum appellatione illâ excludit. Hinc in Tr. de prædest. c. XVII. Cur Deus, inquit, ex omnibus aliquos saltem ad vitam eternam elegerit, præter solam suam redicione, causam nullam habuit: nec fide in Christum, vel Christi merito; nec operibus præmissis motus, nec vel illa vel

bis

bis instrumentis usus. Et Franciscus Gomarus in *Jud. de elect.*
Et reprob. electionis hujus causa impulsiva est solum liberum
et gratuitum Dei beneplacitum: ideoq; non Christi me-
ritum; nec quicquam Extra Deum. Confer. Synod. Dordr.
de Prædest. Can. VII. & IX. & judicia Theologorum tum
exterorum tum provincialium de Præd. quæ Synodo Dordr.
exhibita, ejusq; Actis adjecta sunt.

§. XXV. Hinc in æternæ, quæ per lapsum amissa erat, sa-
lutis reparandæ negotio divinorum decretorum talem con-
stituunt ordinem: Deus, dicunt, I. ex hominibus lapsis, qui
omnes erant filii iræ & æternæ damnationis rei, ab æterno
nullæ alia de causa, quam quod sibi ita placeret, aliquos ad
vitam æternam elegit, reliquos similiter ex mero benepla-
cito ad æternum exiitum reprobavit. II. Ab æternè decre-
vit electos in tempore salvare, sed per Christum. III. Hinc
decrevit etiam filium suum mittere, ut assumptæ humanæ
naturæ, non quidem omnium, sed eorum duntaxat homi-
num, qui ab æternè electi sunt, Salvator esset. IV. Fidem quo-
que salvificam, quæ meritum Christi apprehendit, electis
dare decrevit; ceteris autem, quos reprobavit, neque Chri-
stum Salvatorem misit, neq; fidem salvificam confert, aut
conferre unquam voluit.

§. XXVI. Ex quibus appetat, quod in hoc divinorum de-
cretorum ordine primum, & ceterorum causam statuant
æternum prædestinationis decretum.

§. XXVII. Quod verò illud *absolutum* sit, h.e. præter
Dei beneplacitum, nullam agnoscat sui causam, probat
Wendelinus in Christ. Theol. d. l. duobus potissimum fun-
damentis:

I. *Quod Scriptura solum Dei beneplacitum electionis cau-
sam nominet.* Id quod putat manifestum esse ex Eph. 1. v. 6.
*Prædestinavit nos, quos adoptaret in filios per Christum in
ses;*

*fese, pro benevolo affectu voluntatis sue. Rom. IX. v. 16. Elec-
tio non est ejus, qui velit, neque ejus, qui currat, sed miseren-
tis Dei. 2. Timoth. I. v. 19. Qui servavit nos, & vocavit
vocatione sancta, non ex operibus nostris, sed ex suo proposito
& gratia. Rom. IX. v. 18. Cujus vult, miseretur, quem autem
vult, indurat. Eadem haec loca afferunt & urgente etiam alii
Calviniani.*

II. *Quod in iis, quos Deus elegit, nihil fuerit, quod ad elec-
tionem & amorem permovere Deum potuerit; Elegit enim
homines in peccatis mortuos, ad omne bonum opus ineptos,
eternae mortis reos. Causam igitur, seu rationem in se solo
Deus habuit, nempe beneplacitum voluntatis sue.*

§. XXIX. Posteriori hoc fundamentum pluribus urget
Anonymous quidam Autor in scripto suo Germanico, cui Ti-
tulus: *Stabilimentum Irenicum.* Cujus verba, cum Dn. D.
Himmelio p.m. nostro olim praceptor honoratissimo non
sine inani, nescio cuius, victoriae persualione opponantur,
non abs re huc afferimus, inferius ea ad veritatis amissim
examinaturi. Ita autem inquit ille p. 72. Darumb nein-
nen wie die Gnaden-Wahl einen freyen ledigen Schluss/
weil Gott keine Ursach in uns gefunden / warumb er
uns vor andern erwählen / und mit dem Glauben an Christ-
stum begaben solte ic.

§. XXIX. *Quod causam, cur præ ceteris nos eligeret,
nullam Deus in nobis repererit, probat*

I. *Ratione:* quia omnium hominum una & eadem sit
conditio, quandoquidem omnes defecerint, & eternam
mortem promeruerint. Dagegen ait, wolte uns D.
Himmel eine Ursache anzeigen/ warumb Gott der Herr
aus den gefallenen und sündhaftigen Menschen (die doch
allzugleich abgewichen waren und den Tod verdienet hat-
ten/ Gen. VI. v. 5. c. IIIX. v. 21; Rom. 3. v. 12, 33; Eph. 2. v. 1. 4. 5.)
uns herfür gezogen/ erwehlet/ und zu seinen Kindern ange-
nommen habe?

II.

II. Per remotionem omnium, quæ, præter Dei beneplacitum, pro causa electionis à quopiam adduci possint. Hat denn Gott / pergit ibidem, vorhergesehen : daß wir von uns und aus unsern Kräften glauben würden : und ist hierdurch bewogen worden uns für andern zu erwehren ? Nein / spricht D. Himmel, der Glaube ist eine Gabe Gottes Disp. 9. Thes. 83. Disp. 10. Th. 29. item D. Höë Triumph. p. 711. & 712. Der Glaube ist gar nicht ein Werk des freyen Willens : sondern eine purlautere Gabe Gottes. Item: Gott giebt solchen Glauben aus Gnaden/ wem er will : siehe das 26. Exempel. Darumb hat ja Gott der Herr den Glauben in uns selbsten nicht gefunden : viel weniger ist er dadurch bewogen worden / uns zu erwehren.

Hat denn der liebe Gott etliche gute Werke und qualitäten in den Menschen ersehen und gefunden ; darumb er sie erwehlet hat ? Nein / spricht D. Himmel, Disp. 19. Th. 21. die Wahl ist geschehen sine operum intuitu. D. Aegid. Hunnius in c. II. ad Rom. Electio ad salutem merè est gratuita : neque propter opera nostra nos elegit.

Vielleicht ist der eüsserliche Fleiß und Lust Gottes Wort zu hören/ die Ursach/ derenthalben etliche Menschen erwehlet worden ?

Nein/ spricht D. Himmel Disp. 10. Th. 27. Disp. 2. Th. 31. alio lumine indiget intellectus ad cognoscenda mysteria Dei, quod est lumen gratiæ, seu fidei &c. D. Höë Triumph. p. 715. Das aus eigenen Kräften hervorrende eüsserliche hören und Kirchen-gehen/ wenn Gott seinen Segen nicht darzu giebt/ hilft gar nichts/ und in allergeringsten nichts zur Bekehrung und Seligkeit. Das Concordien-Buch fol. 269. ob wohl der Mensch die eüsserlichen Gliedmassen regieren und das Evangelium hören/ und etlicher Massen betrachten/ auch davon reden kan/

wie an den Pharisäern und Heuchlern zusehen ist: so hält ers doch für eine Thoheit / und kan es nicht glauben.

So ist denn nichts und aber nichts in Menschen vorhanden / umb welches willen sie von Gott erwehlet werden.

Nein / spricht D. Himmelius, Es ist da nichts vorhanden. Non investit Deus in homine, propter quod ipsum eligat, Disp. 10. Th. 27. Hec ille; ex quibus ita concludit; Weil ihr denn keine Ursache an und in Menschen benennen könnet / warumb sie für andern von GOTTE dem HERREN sind erwehlet worden: so lehret ihr ja selbst hiermit einen freyen ledigen Rathschluß Gottes. Ihr macht daraus / was ihr wollet. Confer. Victor. Stabilit. p. 101. Atque hac de Calvinianorum opinione, ejusq; fundamentis.

CAPUT III.

Vera Sententia.

Dei beneplacitum duplex. Est vel ipsa prædestinatione, vel ejus saltrem remota causa. Proxima Causa est meritum Christi. Duplex Christi consideratio. Quaratione hoc, quā item fides prædestinationis causa dicatur Hunnius citatus. Ad causam meritioriam non requiritur existentia.

§. XXX. Vera, quam nos tuemur, sententia est, Decretum prædestinationis non esse absolutum. Etsi enim Calvinianis concedimus, quod ejus impulsiva causa non sint prævisa opera nostra, ut Pontificii volunt; non tamen concedere possumus, quod Deum, ut ad vitam æternam aliquos prædestinaret, solo suo beneplacito permotum fuisse statuant.

§. XXXI. Sciendum igitur, Dei beneplacitum posse duplíciter considerari. Primo quidem, prout spectatur tantum ex parte Dei, & est complacentia circa hominum salutem

tem, absolute & secundum se considerata in, non habito respectu ad hominum diversam conditionem, quod aliqui eorum in Christum sint credituri; plurimi autem in incredulitate morituri. Quod referimus, quod Deus vult omnes homines salvos fieri, & ad cognitionem veritatis pervenire, 1. Tim. 2. v. 4.

§. XXXII. Hoc beneplacitum pertinet ad antecedentem ut vocant, Dei voluntatem, estque fons & origo omnium salutarium mediorum, per quam misericors Deus lapsis, & ob peccatum aeternam morti obnoxios hominibus vitam aeternam patere, ab aeterno voluit: qualia sunt, quod filium suum unigenitum Deus misit, ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam eternam, Joh. 3. v. 16. & quod filius Dei unigenitus semetipsum dedit redemptionem pro omnibus 1. Tim. 2. v. 6. atque propitiatio factus est, non pro nos sibi tantum, sed pro totius mundi peccatis 1. Joh. 2. v. 2. quod item Christus omnes ad se vocat homines, atque ad beneficiorum, quam passione & morte sua promeruerat, salutarem usum quam humanissime invitat. Venite, inquiens, ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego refocillabo vos, Matth. XI. v. 28. Et ad discipulos: ite in universum mundum, & predicate Evangelium omni creature. Marc. XVI. v. 15.

§. XXXIII. Deinde considerari potest Dei beneplacitum, etiam ex parte hominum, & prout ad diversam eorum conditionem respectum quandam involvit. Nam etsi Deus, quam immensa est ejus misericordia, voluntate antecedente omnes homines vult salvos fieri, non tamen cuiquam, nisi in Christum credat, actu salutem confert, vel conferre decrevit, juxta illud Joh. 3. v. 18. Qui credit in eum, non condemnatur; qui vero non credit, jam condemnatus est: quia non credit in nomen unigeniti filii Dei. Hinc quia pro sua omniscientia ab aeterno noverat, non omnes esse in Christum credituros, placuit ei porrò, aliquos tantum, & quidem

dem illos salvos facere, qui in Christum essent perseveranter credituri. Atq; hoc beneplacitum ordine posterius est prævisione fidei in Christum, pertinetque ad Dei Voluntatem consequentem.

§. XXXIV. Posteriori modo si accipiatur Dei beneplacitum, non tam prædestinationis Causa, quām ipsa prædestinationis est: cūm nihil inter se differant, æterna prædestinationis salvandorum ad vitam æternam; & Dei beneplacitum, quō illos, qui perseveranter in Christum essent credituri, æternā vitā donare ab æternō voluit.

§. XXXV. Sin priori modo nec proxima; nec solum prædestinationis causa est.

§. XXXVI. Non est Causa proxima: quia non satisfacit questioni propter quid. Quærenti enim cur Deus aliquos homines, & quidem hos potius, quām illos ab æternō ad vitam æternam prædestinarit; non satis commode respondeatur: quia salus hominum, secundum se spectata, tanquam bonum hominis, ab æternō ipsi placuit. Alias enim oportet omnes homines ad vitam æternam esse prædestinatos: cum, ut dictum, beneplacitum Dei circa hominum salutem, prout ea secundum se, sine respectu ad illorum fidem & incredulitatem spectatur universale sit, & ad omnes homines, etiam eos, qui nunquam salvantur, se extendat.

§. XXXVII. Nec solum est prædestinationis causa. Quia si ejus causa est, nec tamen proxima, necesse est, ut sit remota causa. Sed causa remota hoc ipso, quod remota est, requirit aliam causam, quæ inter ipsam & effectum interveniat.

§. XXXIX. Causa illa interveniens est, hoc loco, meritum Christi, fide apprehendendum.

§. XXXIX. Dico: Fide apprehendendum. Nam meritum Christi potest etiam duobus considerari modis. Uno quidem absolute & in se, citra respectum ad homines, qui illud vel asper-

aspernantur, vel fide sibi salutariter applicant. Atque sic non minus, quam illud antecedens Dei beneplacitum, universale est, extenditurque se ad omnes homines, ut ex 1. Joh. II. v. 2. 2. Cor. V. v. 14. 15. 1. Tim. II. v. 6. c. IV. v. 10. &c. apparet. Alterò: *Quatenus* credentibus fide applicatur. Qua ratione fidem, sicut hæc vicissim illud includit, adeo ut non nunquam utriusque idem tribuatur effectus, sicut v.g. Rom. III. v. 24. per redemptionem, que est in Christo Iesu, & seq. v. 28. per fidem justificari dicimus.

S. XL. In præsentia meritum Christi, cùm id *proximam* prædestinationis causam esse statuimus, accipendum est non priori, sed posteriori modo, h.e. non prout absolute & in se spectatur: sic enim, ut modò ostensum, etiam ad reprobos se extendit; sed *quatenus* fide credentibus applicatur.

S. XLI. Atque hinc est, quod quidam scriptores, tūm fidem tām meritum Christi, prædestinationis causam dicunt; quamvis non eodem modō rationem causæ habeant. Meritum Christi enim habet se ad prædestinationem per modum *impulsivæ*, & quidem *meritoriae* causæ, quippe cuius valore & dignitate Deus ab æterno motus fuit, ut aliquos hominum, & quidem illos, in quibus non intermoritur fide applicatum iri præviderat, ad vitam æternam prædestinaret. Fides autem vel consideratur ut *qualitas*, per gratiam Dei nobis inexistentis.

Quomodo nullum est ejus meritum, nulla dignitas, quâ Deus ad nostri electionem moveri potuerit, neque etiam ad eam seut causa impulsiva habet: vel consideratur in respectu ad objectum suum, h.e. ad *meritum Christi*, in quod confertur, quodque nobis applicat. Sic quodammodo dici potest prædestinationis impulsiva causa: *Quatenus* scilicet virtute & dignitate, non quidem sibi intrinsecâ, sed quam ab objecto suo, h.e. merito Christi habet,

Deum permovit, ut ad vitam æternam prædestinaret, quos-
cunque ad eam prædestinavit.

§. XLII. Quo sensu si intelligatur, quod nonnulli Theo-
logorum fidem electionis seu prædestinationis causam in-
strumentalem dixerunt, non habent adversarii, quod tanto
pere reprehendant. Quibus ut ansa cavillandi praecida-
tur, notandum est, quod cum causa instrumentalis, juxta
autores, alia sit *physica*, alia *moralis*; etiam phrasis, quâ fi-
des decreti prædestinationis causa instrumentalis dicitur,
accipi possit bifariam: (α) De causa instrumentalis *physica*:
quâ Deus ad actum decreti, in voluntate sua eliciendum,
usus fuerit tanquam causâ, realiter in ejus productionem
influente. (β) De causa instrumentalis *moraliter movente*:
quod sicut meritum Christi suâ sibique intrinsecâ bonitate,
dignitate ac valore; ita fides bonitate, dignitate ac virtute,
non intrinsecè, sed ratione objecti, nempè ratione me-
riti Christi sibi competente, & sic ad modum instrumen-
talis causæ, Deum moverit ad decernendum nobis vitam
æternam.

§. XLIII. Priorem sensum ut intendant, tam absurdi non sunt nostrates Theologi, quippe qui probè norunt,
electionem seu decretum electionis, in quantum se ha-
bet ex parte Dei, secundum rem ab essentia divina nihil
differre, & proptereà nec talem esse actum, qui vel imme-
diatè, vel mediante aliquo instrumento in voluntate Dei
productus sit.

§. XLIV. Hinc frustrâ est Wendelinus, cum in Theol.
Christ. p. 124. scribit: *Absurdi sunt, qui fidem ajunt esse*
causam instrumentalem electionis eterne. Nam ne homi-
num quidem decreta interventibus instrumentis sunt,
sed à voluntate, absque instrumentorum interventu, pro-
ficiuntur. Decernere enim aliud nihil est, nisi certo mo-
do velle. *Atqui volitus est actio voluntatis immediata* &
inorga-

inorganica. Quibus haud obscurè quosdam nostrarum partium Doctores, sed præter æquum, perstringit, iisque tribuit, quod fidem priori sensu electionis causam instrumentalem dixerint. Quod merum est commentum, de quo ne personum quidem illis venit in mentem.

§. XLV. Non igitur hoc, sed posteriori sensu loquuntur, qui fidem electionis causam instrumentalem vocant, ut inter alios ex B. Hunnius manifestum est, qui in Loco de Præd. p. m. 269. verbis sat perspicuis se explicat: *Et hoc, inquiens, considerationis respectu fides ingreditur mysterium electionis, non ut causa meritoria, propter quam Deus nos eligat: sed ut instrumentalis, que gratiam eligentis Dei meritumque Christi, in Evangelio oblatum, apprehendat: atque sic non quatenus in sua dignitate, merito, aut conditione pensatur, ut qualitas quedam, habitus aut virtus, sed tantummodo, ut illa se habet, relate ad Jesum Christum, tanquam unicam eternæ electionis petram & fundamentum.* Vides, quod fidem dicat electionis decretum ingredi ut causam instrumentalem, non quod Deus ea, tanquam instrumento physico, utatur ad eliciendum electionis actum, sed quod meritum Christi apprehendat, Deumque ad nostri electionem moraliter moveat, non sua dignitate, merito, aut conditione, sed dignitate meriti Christi, quod in ea per modum objecti connotatur & includitur.

§. XLVI. Quia verò meritum Christi ab æterno, cum fieret prædestinationis decretum, non extitit, majoris perspicuitatis gratiâ ulterius observandum est, ad causam meritoriam non requiri, ut tum existat, cùm ejus effectus, seu id, cuius respectu causa meritoria vocatur, existit: sed sufficit, si causa efficiens, quæ intuitu meritoriae causa agit, meritum aliquando futurum esse prævideat, vel præviderit: quod accuratè explicat acutissimus Philosophus, Dn. Daniel Stahlius, collega & compater meus

honoratissimus in Reg. part. 2. Disp. 2. p. 41. & hoc illustrat
exemplo: *Est civitas, qua à Rege vicino quandam accipit
pecunie summam, eā conditione, ut posteritas elapsō definito
annorum numero præset Regi angarias. Hic causa merito-
ria pecunie, majoribus suis tradita, sunt posteri, quos tunc
vivere necesse est, quando angarias exhibent; tempore vero
traditionis pecunie, quam olim merituri erant, existere,
res non exigit, quod ipsi eam non tradant, sed Rex.*

§. XLVII. Perinde autem cum rebus, ad fidem
pertinentibus, comparatum est: ut vel ex eo patescit, quod
Christus etiam in V. T. cùm nondum natus, nedum passus
esset, omnibus piè demortuis causa salutis meritoria fuit,
ut pote quem proposuit Deus propitiationem per fidem,
etiam ἡγετον τὸν προγενότων ἀμαρτητῶν, i.e.
propter remissionem præteriorum peccatorum, quæ sc.
statim à lapsu Adami commissa sunt, Rom. 3. v. 25. Nec
in alio quopiam est salus, Act. IV. v. 12. Hinc credimus
nos per gratiam Domini nostri Iesu Christi salvos futuros,
quemadmodum & illi (puta patres in V. T.) c. XIV. II.

§. XLIX. Etsi igitur Christus in tempore demum
venit, ac morte & passione suā vitam æternam nobis pro-
meritus est, hoc tamen non obstante, ejus meritum, cùm
in æterna Dei præscientia esset prævisum, in causa esse po-
tuit, cur ab æterno Deus ad vitam æternam nos eligeret.
Quod idem de fide, meritum Christum apprehendente
sentiendum est, quæ, ut dictum, non quidem propriæ, sed
virtute meriti Christi Deum ab æterno ad nostri electio-
nem movit, non quod ab æterno extiterit, sed quia in
Dei præscientia ab æterno prævisa fuit.

§. XLIX. Atque hoc innuit Apostolus Rom. IIX.
v. 29. cùm illos docet prædestinatos esse, quos Deus præ-
scivit: *καὶ, οἰκουμένων, καὶ περιβολῶν, quos præ-
scivit, eosdem & prædestinavit. Quod etiam prisæ ec-
clesiæ*

clesiae Doctores de prævisione fidei in Christum exponunt.
Hinc Ambrosius in h. l. c. **XXI.** *Ipsos, quos prædictis futuros sibi devotos: ipsos elegit ad promissa premia capeſſenda: ut hi, qui credere videntur, & non permanent in fide cœpta, à Deo electi negentur: quia quos elegit, apud se permanent.* Est enim, qui ad tempus eligitur: sicut Saul & Judas: non de presentia, ſed de praefenti iustitia. Confer. cap. XXV. & in Eph. i. v. 4. Hier. in h. l. Aug. Tr. XXIV. in Johannem, Fulgent. L. i. ad Mon. &c.

§. L. Proinde res eodem devenit, ſive meritum Christi, fide apprehendendum, ſive ejus prævisionem dicamus rationem, quæ ad decretum prædestinationis ſe per modum cauſæ habeat: ſolū in modo loquendi eſt diuersitas. Nam meritum Christi eſt objectum prævisionis divinæ, & habet ſe ad decretum prædestinationis per modum cauſæ meritoriar, ut jam exposuimus. Prævio autem meriti Christi, fide apprehendendi, eſt actus intellectus, qui ad decretum prædestinationis, tanquam ad actum voluntatis divinæ, ſe ut caula habet eo modo, quo aliæ noſtra cognitio, quæ voluntatem movet, bonitatem obiecti ei exhibendo, actus in voluntate eliciti cauſa eſt. Ad eundem enim modum concipiendi movit prævio meriti Christi, fide apprehendendi, voluntatem Dei ad decretum prædestinationis, ſcilicet exhibitione rei prævia, quæ eſt meritum Christi, fide apprehendendum. Idem iudicandum eſt de fide in Christum, & de prævisione fidei in Christum.

CAPUT IV.

Veræ ſententiæ confirmatio.

Argumentum ab executione decreti electionis petitum.
Confirmatur & nō gemina exceptione Wendelini vindicatur.

S. LI. Meritum Christi est, quod jam exposuimus, modò prædestinationis seu electionis causam esse, omnium clarissimè probatur argumento, ab ejus executione perito: quod hunc in modum formari potest:

Quod est causa, cur Deus in tempore nobis salutem conferat, id. etiam est causa, cur ad salutem nos elegerit. Atqvi meritum Christi est causa, cur Deus in tempore nobis salutem conferat. Ergò meritum Christi est etiam Causa, cur Deus ad salutem nos elegerit.

S. LII. Minorem propositionem Calviniani ultrò admittunt. Hinc Wendelinus Lib. I. Christ. Th. c. XXIV. p. m. 448. *Meritoria, sicut fidei causa est Christi meritum, propter quod non tantum eterna vita, sed & omnia alia beneficia spiritualia, inter quae haud postremum fides nobis conferuntur.*

S. LIII. Majoris autem ratio in hoc est posita, quod electio eterna, &c, licet ita loqui, salvatio habent se ut decretum & ejus executio. Eadem autem, qua executionis, est etiam decreti impulsiva causa. Quod quia plerique Calviniani insistantur, hoc loco nobis probandum incumbit.

S. LIV. Probamus autem I. à posteriori: quia auditò, qua executionis impulsiva causa fuerit, v. g. qua causa fuerit, cur actu quis præmium alteri contulerit, vel poenam irrogaverit, statim acquiescimus, nec amplius de ipsius decreti distincta quadam & peculiariter causa solliciti simus, facile intelligentes, idipsum, propter quod v. g. præmium quis alteri contulit, vel poenam irrogavit, etiam causam esse, per quam idem fuerit motus, ut vellet vel decernere præmium alteri conferre, aut poenam irrogare.

S. LV. II. à priori sic: *Quia causæ impulsivæ causalitas, perinde ut causalitas finis, in motione voluntatis con-*

consistit : fieri non potest, ut aliquid externi ejusdem actus impulsiva causa dicatur ; quin simul ipsius volitionis seu decreti vel *causa* sit, vel *ratio* saltem, cuius intuitu voluntatis principalis agentis id, quod per actum externum exequitur, voluisse vel decrevisse dicatur.

§. LVI. Dico : *Vel causa, ratio saltem :* Nam in *humanis*, quod actus externi impulsiva causa est, id volitionis quoque, seu decreti est *propriè dicta causa impulsiva*. Ratio est : quia volitio humana est actus productus, & quidem ex ipsa voluntate, per impulsivam causam motu elicitus : v. g. cùm Ioram Ifraëlitarum Rex Moabitum, qui ab ipso defecerant, bellum inferret, causa impulsiva erat defectio Moabitum ; quæ suam causalitatem non aliter exercebat vel exercere poterat, quam *movendo* Ioram, ut *vellet* Moabitum bellum inferre. Quæ volitio erat actus elicitus, & defectionis Moabitum, tanquam impulsiva cause, *immediatus* ; sicut bellum, actu Moabitum illatum, *mediatus* effectus.

§. LVII. In *Divinis* autem id, quod actus externi impulsiva causa est, volitionis seu decreti quidem non est *propriè dicta Causa impulsiva*, est tamen *ratio*, cuius intuitu Deus dicatur voluisse vel decrevisse, quod actu externo exequitur. Quod utrumque in propatulo est. Illud quidem : quia *volitio* seu *decreturn* in Deo non est actus productus, & propterea nullam sui realem causam agnoscit, ut supra etiam in §. XXIII. monuimus. Hoc vero : quia alias ne quidem actus externi impulsiva causa vel esset, vel esse posset : cùm Gen. XIX. v. 24. Deus legitur Sodomam evertisse, igne & sulphure cœlitus demissis, idque fecisse propter incolarum gravissima peccata, non appareat, quo alio modo peccata Sodomitarum eversio nisi Sodoma impulsiva causa vel fuerint, vel esse potuerint, si non isto, quod se ut *ratio* habnerint, ejus intuitu Deus voluerit seu decreverit Sodomam everttere.

§ LIX.



§. LIX. Principium igitur, quod probandum nobis sumseramus, nempē eandem quæ executionis ; etiam decreti esse causam (vocabulo causa latè accepto) ita est evidens, ut qui ex contrario contendunt, non illico, quod executionis, etiam ipsius decreti impulsivam causam esse ; in manifestam contradictionem prolabantur. Non enim possunt, quin admittant, item simul esse, & non esse executionis impulsivam causam. Et illud quidem dicunt expressè ; hoc autem illo ipso, quod negant eandem, que executionis ; etiam decreti impulsivam causam esse, admittere coguntur. Nam quod ad decretum, à quo execu-
tio dependet, se non habet ut causa vel ratio impulsiva, illud ne potest quidem pro executionis impulsiva causa haberij : cùm formalis ratio, per quam aliquid excursionis impulsiva causa est, in hoc consistat, quod vel movit vo-
luntatem principalis agentis ad actum decreti ex se elici-
endum, vel minimū ut ratio se habuit, cuius intuitu
voluntas principalis agentis id, quod executioni dedit,
prius voluisse vel decrevisse dicatur, ut ex hac tenus dictis
pater.

§. LIX. Stante igitur, quod electio & salvatio se habeant ut decretum & ejus executio : sequitur inevitabilis necessitate, idem quod salvationis ; esse etiam electionis causam vel potius rationem impulsivam ; seu ut nostra propositio major habeat ; Quod est causa, cur Deus in tempore hominibus salutem conferat, esse etiam causam, vel rationem, cur ad salutem eos elegerit.

§. LX. Dicis: Concedi posse, quod quæ est causa salvationis, sit etiam causa decreti, si scilicet decretum dicatur ille actus, quo Deus homini salutem, quam in tempore confert, in tempore vult seu decernit ; atque hoc adductam rationem evincere : non autem inde sequi, quod quæ salvationis, etiam decreti electionis aeterna sit vel causa, vel ratio impulsiva ?

§. LXI.

§. LXI. Resp. Omnino hoc sequi. Fieri enim non potest, ut nunc intuitu alicujus causæ impulsivæ quis velit, quod anteā voluit absolutè & nullâ causâ impulsivâ motus, nisi vel *ex parte objecti*, vel *ex parte voluntatis* aliqua mutatio intervenerit. At *in objecto*, quod ad præfens attinet, nulla ostendi potest mutatio: quandoquidem aeternum electionis decretum; & voluntas, quâ Deus hominibus salutem, quam in tempore confert, in tempore vult seu decernit, ad idem planè objectum terminantur, nempe ad homines salvandos. Nec *ex parte voluntatis divine* aliqua mutatio admitti potest, utpote quam constat prorsus immutabilem esse. Si, igitur admittatur, quod Deus in tempore salutem nobis non absolute, sed intuitu alicujus causæ impulsivæ velit, necessariè etiam erit admittendum, quod ab aeterno non absolute, sed ejusdem causæ intuitu nobis salutem decreverit, sed ad salutem nos elegerit.

§. LXII. Hac utut sint manifesta, *Wendelinus* tamen prædictam nostram majorem propositionem negat, ejusque contradictoriam tueri conatur. Hinc *in Tr. de Predest. c. XVII. p. 100. Meritum Christi*, ait, *fide apprehensum, est quidem causa salvationis: At decreti salvationis propterea causa non est. Admittimus, decretum salvationis & electionis ad vitam non differre. Eisdem verò electionis & vite, decreti & salvationis esse causas, quis conceferit?* & *in Theolog. Christ. lib. I. c. III. p. 123.* Non sunt eadem causa salutis & electionis.

§. LXIII. Expendamus igitur, quas habeat ratios. Illæ verò duas sunt. Et unam quidem hoc ipso in loco subjungit, quod scilicet alia sit ratio electionis, alia salvationis: quandoquidem illa *aeterna, interna & à Deo immediate profecta, hæc temporalis aeterna & mediata Dei*

D

actio

actio sit, quæ multis aliis causis secundis & mediis perficiatur. Alteram autem in citato Tract. de Prædest. cap. XVII. & 23. saepius inculcat & urget: nimurum quod voluntatis divina nulla detur causa: quam probat ex Thoma p. 1 q. XIX. a. V. Cujus hæc sunt verba: *Si aliquis uno actu velit finem, & alio actu ea, quæ sunt ad finem: velle finem erit ei ratio volendi ea, quæ sunt ad finem; sed si uno actu velit finem, & ea quæ sunt ad finem, hoc esse non poterit: quia idem non est causa sui ipsius: & tamen, ex verum dicere, quod velit ordinare ea, quæ sunt ad finem, in finem.* Deus autem, sicut uno actu omnia in essentia sua intelligit: ita uno actu dñe omnia in sua bonitate. Tindo sicut in Deo intelligere causam non est causa intelligendi effectus; sed ipse intelligit effectus in causa; ita velle finem non est ei causa volendi ea, quæ sunt ad finem. Sed tamen vult ea, quæ sunt ad finem, ordinari in finem. Vult ergo hoc esse propter hoc: sed non propter hoc vult hoc. Quibus adjungit similia ex Zanchio Lib. III. de Nat. Dei c. IV. q. IX. Thes. VII. ubi videoas.

§. LXIV. Verum neutra ratio aliquid habet roboris. Et quidem ad priorem responsio facilis est. Concedimus enim ultrò, quod electio sit actio Dei interna, eterna, & à Deo immediatè profecta; Salvatio autem actio temporalis, externa & mediata, quæ multis causis perficitur. Negamus tamen, hanc diversitatem impedire, quod minus utriusque eadem sit impulsiva causa. Nam eadem ferè diversitas inter decretum & executionem occurrit etiam in humanis, nec tamen impedit, quod minus utriusque eadem sit impulsiva causa: v. g. Cùm Rex vicensit, ob victoriam præmium decernit, & post etiam confert; et si decretum de præmio conferendo est actio interna & immediatè à voluntate elicita; Executio autem, quæ

præ-

præmium actu confertur, actis externis, mediatis, multisque aliis causis perficitur, non tamen alia hujus, alia illius, sed utriusque eadem causa impulsiva est, nempe victoria: quandoquidem ob hanc non tantum actu Rex præmium confert, sed etiam vult seu decernit illud conferre.

§. LXV. Neque alicuius momenti est, quod ibidem Wendelinus subiecit: *Aut si eadem sunt causæ electionis & salvationis, sequitur, electionis causas esse quoque legem Dei, Evangelium, Sacra menta & verbi ministros: his enim omnibus mediis causis utitur Deus ad salutem hominum promovendam.* Nos enim non dicimus, quod simpliciter & per omnia eadem sint causæ electionis & salvationis, sed hoc docemus: utriusque esse unam & eandem impulsivam causam. Sicut autem Lex, Evangelium, & verbi ministri non sunt causæ impulsivæ salutis nostræ, ita nec ex eo, quod eandem electionis & salvationis impulsivam causam statuimus, sequitur, quod Wendelinus citatis verbis infert: nempe etiam legem Dei, Evangelium. *Sacra menta & verbi ministros electionis æquè ac salvationis causæ fore.*

§. LXVI. Ad posteriorem autem ut respondeamus, sciendum, quod de loco Thomæ inter interpretes non conveniat. Plerique existimant, Thomam concedere, quod divinæ voluntatis aliqua ratio moriva detur, negare autem d. l. quod ejus aliqua proprie dicta causa finalis rectè assignari possit.

§. LXVII. Vasquez tamen P. i. Tom. i. Disp. LXXXII. c. iii. contendit, unam rem creatam Deo non solum non esse causam, sed nec rationem volendi, idque probat rùm autoritate Thomæ, rùm ratione hac; quod solum finis

D 2

& id,

& id, quod *gratia* sui appetibile est, sit *ratio volendi* alia:
Deo autem sola sua bonitas comparetur per modum finis;
creata verò omnia per modum medii. Ex quo patet,
quod non loquatur de quacunque *ratione volendi*, sed
tantum de *ratione finali*, seu de *ratione*, quæ ad voluntatem
Dei sese per modum finis habeat.

§. LXIX. Quam controversiam ut nostram faciemus, neque nostrum institutum, neque ras ipsa requirit. Præterquam enim, quod in præsentia nobis sermo est tantum de *ratione*, quæ ad voluntatem Dei sese habet per modum non *finalis*, sed *impulsive* causæ; etiam tota illa quæstio, quæ occasione verborum Thomæ inter Scholasticos mota est, non tam rem ipsam, quam modum loquendi concernit, ut benè monet Suarez in P. l. Tr. de Attrib. Dei posit. Lib. III. c. vii. n. 12. & ex eo etiam patet, quod ipse Vazquez in seq. c. v. decreta divina ratione objectorum distinguit, & inter ea talem, qualis est inter objecta, ordinem constituit, ut scilicet secundum nostrum modum concipiendi prius vel posterius dicatur, cuius objectum in intentione agentis prius vel posterius est. In quo nihil, quantum ad rem, dissentit ab iis, qui alias in modo loquendi ab ipso dissentient, & inter objecta creatæ unum statuunt Deo esse *rationem volendi* aliud. In specie de prædestinationis decreto, de quo inter nos & Calvinianos controvertitur, quantum ad ejus causam meritioriam Christum attinet, Vazquez d. l. n. XXII. nobiscum & loquitur & sentit.

§. LXIX. Ulro igitur sensu superius citata Thome verba accipiantur, nostro tamen argumento prorsus non obsunt.

§. LXX. Non obsunt ei, si priori accipiantur sensus, quia nostra propositio major non agit de propriè dicta

dicta causa electionis, sed tantum de ratione, quæ ad eam se per modum causæ habeat. Nec si posteriori sumatur: quia sic illis hoc tantum docetur: Deum non velle unam rem creatam propter aliam, ita ut una sit *ratio finalis* volendi aliam. Prædicta autem nostra propositio major agit tantum de ratione, quæ ad voluntatem se per modum *impulsiva causæ* habeat, quam ipse Vazquez d. c. V. n. XX, à fine distinguit, & ad causam *efficientem* refert. Quin & ratione objectorum, inter quæ est habitudo *finis & medi*, Vazquez, ut modò diximus, eum assignat ordinem, ut in decreto suo Deus, quod in executione est ultimum, prius; & quod in executione est primum, posteriorius velle à nobis concipiatur, & ex hoc dicatur *unum relle prius, quād aliud, quia ipsa unum est propter aliud, vel ad aliud.*

§. LXXI. *Quod si in præsentia, cùm de electionis impulsivâ causa disputamus, Calviniani nobis idem largirentur, facilè componi posset, quæ inter nos & ipsos est, hæc controversia.* Nam quod modum loquendi attinet, causæ nihil esset, cur adeò nos difficiles in eo præberemus, si rem ipsam illi concederent, h. e. si in decreto electionis, quod ex parte Dei est unus simplicissimus actus, ex parte objecti hunc admittere ordinem, ut fieri in executione vita æterna nobis confertur propter meritum Christi, fide apprehensum; ita ut in ipso decreto Deus, secundum nostrum modum concipiendi, meritum Christi, fide apprehendendum, dicatur prius vidisse, quād ad vitam æternam nos elegisse.

§. LXXII. Porro quæ ex Zanchio Wendelinus d. l. assert, cùm nihil à citatis Thomæ verbis diversum continent, peculiari responsione haud indigent. Nam si illis Zanchius idem intendit, quod Thomam d. l. intendisse,

plerique ejus interpres existimant, nempe voluntatis divine nullam dari proprio dictans causam: nobis non adversatur, cum ipsa net hoc jam ante concessimus. Si vero cum Vazquezio d. l. vult, unam rem creatam Deo non solum non esse causam, sed nec rationem volendi aliam; ne sic tamen adversum nos aliquid obtinebit. Nam quicquid sit de modo loquendi, rem ipsam tamen, quam nos in praesentia doceamus, negare non potest: v. g. cum Deus, juxta Zanchium, vult predicari Evangelium, ut per illud fides excitetur; & fidem vult excitari, ut per illam justificemur, & iustificari nos vult, ut glorificemur, certum est, quod velit & predicationem Evangelii, & excitationem fidei, & justificationem, & glorificationem nostram. Et quamvis uno simplicissimo actu haec omnia velit, nos tamen, ob objectorum diversitatem, actum hunc aliter concipere non possumus, quam cum distinctione & ordine quodam, ut quemadmodum inter objecta finis in intentione agentis prior est mediis, ita Deum concipiamus prius velle, v. g. nostram glorificationem; quam justificationem & hanc prius, quam excitandam fidem; & hanc rursum prius, quam predicationem Evangelii. Id quod disateri nequit Zanchius, utpote qui d. l. p. m. 373. a. voluntatis divinae rationem dari ipsemet asseverat. Alia, inquiens, quod est, an aliqua sit ratio voluntatis divine: Alia vero, an aliqua sit ejusdem movens seu efficiens causa. Primum fatemur. Neque enim dicitur esse potest voluntas Dei: que omnia vult sapientissime &c. Atque sic, quoad rem nobiscum consentit. Quod si nihilominus velit cum quopiam contendere, ordinem hunc decretorum divinorum, quem nostra ratio ex ordine objectorum inter se petit, non sufficere ad hoc, ut Deus dicitur unum velle propter aliud, v. g. predicationem Evangelii,

geliū, propter fidem in nobis excitandam; non de te, sed de modo loquendi erit dissensus, de quo nemini nos item intendemus.

§. LXXIII. Sed non est, quod diutiū hisce immoremū: cū Wendelinus ipse mentem suam mutasse videatur. Nam in Christ. Th. non solum hanc rationem non urget, sed etiam cū Lib. I. c. i. p. 73. & seq. pluribus disputasset, quod voluntatis divinae propriè dicta causa non detur, concludit tandem p. 75. *Igitur humano caput se accommodant, qui divinae voluntati causas assignant moventes & impulsus, quibuscum & nos in hoc opusculo sep̄ loquimur. Homines enim divinam maiestatem & sublimitatem non nisi humanis & humilibus conceptibus nobis representamus. Hinc inferius in cap. IV. Th. IV. decreti reprobationis, tanquam actus voluntatis divinae, ipse duplē assignat causam, vel potius rationem impulsū: unam quidem in ipso Deo, nemp̄ Dei iudiciorū: alteram verò extra Deum constitutam, nemp̄ peccatum. Impulsiva, ait, causa vel potius, ratio reprobationis est peccatum, si de reprobationis causa absolute queratur: sin respectivè & comparatè, non est nisi iudiciorū. Et tantum de exceptionibus Wendelini.*

CAPUT V.

Veræ sententiæ Confirmatio.

Letus Epb. I. v. 4. quid notet nō eligi in Christo. Quæ tuor Calvinianorum expositiones adductæ.

Prima adversatur suis ipsis Autoribus. Refutatur à Francisco Gomaro. Quo sensu admitti possit.

Secunda preter necessitatē à verborum proprietate
et contextus cōceptu discedit.

Tertia et Quarta contextui vim inferunt. Marcovii pro quarta allata rationes refutantur. Nova exceptio-
ni satis sit.

§. LXXIV. Porrò sententiæ nostræ veritatem con-
firmat etiam Apostolus, cum Eph. i. v. 4. quemadmodum,
ait, elegit nos Deus in ipso (Christo) ante jacta funda-
menta mundi : quo nihil aliud significatur, quam propter
Christum nos ab aeterno esse electos. Nam particula ἐν
ut alias in scriptura solet ; ita h̄c loco debet accipi pro
ᾧ propter, prout causam impulsivam notat.

§. LXXV. Quod s̄olat quandoque accipi pro ᾧ
propter, evincent multa scripturæ loca, è quibus unum
saltem atque alterum afferemus : v. g. Matth. VI. v. 7. pu-
tant enim, quod εἰ πολυλογία δύτῶν in multiloquio suo ex-
audiantur, hoc est, propter multiloquium suum, Act. VII.
v. 29. Fugit autem Moses εἰ τὸ λέγει τέτω in verbo hoc,
i. e. propter verbum seu rumorem hunc, Eph. III. v. 13. Ne
desiciatis εἰ Χάιτει, i. e. propter afflictiones meas. Qui
modus loquendi frequens est scripturæ V. T. in qua præfi-
xum εἰ (in) sapientia pro eward propter adhibetur. Ut cùm
Jacobus Gen. XXIX. 18. ad Labanum dicit : serviam tibi se-
ptem annos εἰ בְּרַבָּל in Rabele, & cùm Deus. Deut. XIV. v. 16.
Quisque, inquit, εἰ בְּרַבָּל in peccato suo morietur, utrobi-
que εἰ præpositioni propter respondet, & illic quidem se-
ptennis servitii ; hic verò mortis causam innuit. Plura
videantur apud pl. Reverendum et Excellentissimum Dn. D.
Glasium, Theologum Scripturæ interpretem paucis com-
parandum, præceptorem nostrum colendissimum in
Grammatica Sacra Lib. III. Tr. VI. c. VI. & Lib. IV. Tr. I.
obs. V.

§. LXXVI.

§. LXXVI. Quod autem hoc loco particula ad debeat per aliud propter explicari, patet ex eo, quod sola hæc explicatio contextui conformis; reliquæ autem, quæ circumferuntur, omnes vel contorta sint, vel recte intellectæ cum hac nostra tandem coincidant.

§. LXXVII. Quatuor autem potissimum circumferuntur ab iis, qui electionis decretum absolutum esse contendunt.

§. LXXVIII. Quidam enim, usitatam particula ad significationem urgentes, sensum dicunt hunc esse: Elegit nos in Christo tanquam membra in capite. Ita Zanchius de Nat. Dei Lib. V. c. II. p. 699. Primum, inquiens, hæc locutione significatur, Christum, quæ homo & mediator est, fuisse ante omnes nos electum & prædestinatum: ut caput esset omnium prædestinandorum, h. e. totius Ecclesie. Deinde significatur, sicut nunc per & propter hunc Christum Mediatorem, reapse benedicimus omni benedictione spirituali, in cœlestibus, vocamus, justificamur, & tandem glorificabimur: sic etiam in hoc eodem Christo Mediatore, tanquam in Capite nos fuisse ab aeterno à patre præcognitos, amatos, electos, & ad vocacionem, justificationem, glorificationem, omnesque spirituales benedictiones prædestinatos &c. Et Polanus in Didasc. p. 41. ait: Elegit nos in Christo, tanquam membra in capite. Ergo his verbis non ostendit Paulus causam, propter quam electi sumus, sed medium sive subiectum, in quo electi sumus. Atque sic ordo electionis monstratur; primò caput est electum, deinde in capite membra.

§. LXXIX. Nonnulli vero existimant, particulam in positam esse pro aliud cum casu secundo, ut in dura in ipso idem sit, quod per ipsum, & causam efficientem de-

E

no-

metet: hocque intellectum volunt de Christo, non quia
Mediatore, sed quia Deo, eo sensu, quo Coloss. i. v. 16. in
eo, h. e. per eum condita dicuntur omnia, quae in celis sunt,
& que in terra, visibilia invisibilia. Atque sic phrasis, in
Christo eligere, importaret hoc: non solum Deum Patrem,
sed etiam Christum, quia Deum, cum Deo patre nos ab
eterno elegisse.

S. LXXX. Quod Franciscus Gomarus Tom. II. oper.
fol. 60. hunc in modum declarat: Christus nomen est per-
sonae, & sub isto nomine ei tribuuntur, prout res postular,
modo que convenient divine tantum naturae, modo que hu-
mane. Christus vero elegit nos, tanquam causa principa-
lis, una cum Patre: tanquam vero mediator, homo factus,
causa subordinata est ad salutis media ac salutem, ad quam
electi sumus & Tom. III. cùm Disp. X. Tb. LVII. dixisset:
Christum, quatenus Mediator est ac Redemptor, medium
esse ad salutem electorum destinatum: thesi sequente sta-
tum subjicit: Quatenus tamen aeternus cum Patre Deus
est: Electionis etiam Autor cum Patre statuitur, Eph. I.
v. 4. Elegit nos in ipso &c. Hanc expositionem approbant
etiam contra Remonstrantes in Collat. Hag. p. 72. editionis
Bertie.

S. LXXXI. Cum his consentiunt alii quantum ad
hoc, quodd particula ē per 21. sit explicanda: ab iisdem
autem discrepant in illo, quod ἐν αὐτῷ, i. e. per Ipsum
de Christo, non quia Deo, sed quia Mediatore nostro ex-
panunt. Ne vero concedere cogantur, Christum esse elec-
tionis causam meritoriam, τοῦδε τοῦτο illum referunt
non ad verbum ἐλέξατο, sed ad aliquid, quod ab Apostolo
non expressum subintelligi oporteat, sicut Beza in h. l. τὸ
adoptando subintelligit hoc sensu: Elegit nos, in ipso vi-
telicit adoptando. Et ibid: ad p. 5. Eligere in Christo
igi-

igitur definit (Apostolus) nihil aliud esse, quam gratis destinare adoptionem per Christum &c. Quod redit, quod Prodigator in obs. adh. l. Deus, ait, elegit nos seu predestinavit in Christo, i. e. ut adoptaret nos per Christum. Confer Wenzelius in Christi: Theol: p. 124. & alios.

§. LXXXII. Macovvius denique in Colleg: Theol: Quæst: de prædest: Disp: VI. nō ērā dōlō in ipso referat ad sequentia: īewi īmās cīyīs īyī īpōpūs. In verbis istis, inquit, quæ assert adversarius, manifesta est trajectio. Sic enim hæc verba construenda: Elegit nos, ut essemus sancti & inculpati in ipso ante jaœta fundamenta mundi, ut in ipso referri debeat non ad elegit, sed nō īewi īmās cīyīs īyī īpōpūs.

§. LXXXIII. Verum has inter expositiones nulla est, quæ non vel suis ipsius auctoribus, vel contextui repugnet.

§. LXXXIV. Et quidem suis auctoribus, quin & communi Calvinianorum opinioni adversatur prima, quippe quæ Christus prius, quam nos, electus & prædestinatus esse statuitur: Cùm tamen illi etiamnum mordicus teneant, Deum ex mero beneplacito primum aliquos homines ad vitam æternam elegisse, & deinde deum consilium iniisse de mittendo Filio, per quem electi vitam æternam consequantur. Prius Deus decrevit finem, quam media ad finem ducentia. Prius, inquam, prioritate nature & ordinis elegit homines ad vitam æternam, tanquam ad finem: deinde constituit media, quibus ad hanc finem eos perduceret: ait Polanus in Syntag. Lib. VI. c. IX. p. m. 246. Quo non potest non repugnare suæ ipsius assertioni, quæ primo Christum; deinde in ipso tanquam in capite nos electos esse dixerat. Nam si Deus finem prius decrevit, quam media; sequitur utique quod electio

nostri prior sit, quam electio Christi. Ratio est: quia electio nostri est decretum de fine: electio Christi autem est decretum de medio, ducente ad finem.

§. LXXXV. Non pigrabor adscribere Gomari, Doctoris Calviniani verba, quibus sui ordinis homines in eadem explicatione erroris arguit. Quod, inquit is Tom. II. op. f. 61. dicitur, Christum primum electum esse, deinde nos propter Christum tanquam membra illius, per fidem factos, alienum est, & in vere sapientie lucem impingit. Quandoquidem media, ad finem destinata prius a Deo ordinata esse, quam finem, statuit: Id quod in Deum sapientissimum cadere non potest. Nam qui electus ac destinatus est a Deo propter nos, ut a peccatis nos liberaret ac servaret, ille non est prius electus, quam nos, propter quos tanquam finem electus est: sed contra nos prius electi. Atqui Christus electus & destinatus est propter nos, ut nos a peccatis liberaret ac servaret, I. Petr. i. v. 20. & i. Joh. IV. v. 9. & 10. Ergo Christus non est prius electus ac destinatus, quam nos: sed contra nos prius electi, quam Christus &c.

§. LXXXVI. Deinde exposicio hæc eà etiam de causâ suis Autoribus & alijs Calvinianis adversatur, quod plerique omnes convenient in hoc, Christum non esse impulsivam electionis causam. Sed Polanus & Zanchius, nos in Christo capite electos esse, ita exponunt, ut Christum electionis causam impulsivam esse, nolentes volentes admittere cogantur. Nam si ex Polano rationem queras, eur in Christo tanquam in Capite nos dicat electos, responderet in Didase. d. l. Quoniam in universo Adami semine nihil electione dignum reperiebat cœlestis pater in Christum suum oculos convertit, ut tanquam ex ejus corpore membra eligeret, quos in vita consortium assumpturus erat. Quibus haud obscurè innuit, Deum, cum nullam electionis

cau-

causam in nobis reperiret, in Christo aliquid electione dignum, seu aliquid, ob quod nos eligeret, reperisse, & propterea in ipso nos elegisse. Si autem electi sumus ideo, quia Deus in Christo reperit quiddam electione dignum utique Christus est causa impulsiva. Dignitas enim illa, quam Pater in Filio venit, movit patrem ad in eligendum nos, ut ex iisdem Polani verbis insert Meisnerus in Anthropol. Disp. IV. q. III. Th. XXIII. ad quod Wendelinus in Tr. de Praed. d. I. nihil responderet, quamvis ibi totus in id incipiebat, ut suorum super praedictum locum explicationes defendant, & à Meisneri objectionibus vindicet.

§. XXXVII. Quid? quod Zanchius paulinam propositionem; Deus elegit nos in Christo, expressè explicat per hanc: Deus elegit nos propter Christum. Ita enim scribit p. 673. Ut igitur ex eo, quod Scriptura docent, nos in Christo tantum justificari, rectè concludit Apostolus, nos ex operibus nostris non justificari: ita nos ex eo, quod Apostolus ait, nos electos esse In Christo, optimè & necessario inferimus: Minime igitur, ex operibus, sed gratis propter Christum & in Christo predestinatos fuisse. Et pag. 676. Solus Christus ille est, in quo sicut justificamur, sic etiam electi sumus ad justificationem & ad salutem: hoc est propter quem, & cuius respectu electi sumus. Et paulò post: Significat n. Apostolus, nihil esse, in quo, & propter quod, sea cuius respectu nos amet, & ab eterno amarit Deus, eoque elegere & predestinare: nisi Christum Mediátorem, Filium ejus dilectum. Si igitur nos non amavit propter opera nostra, sed tantum propter Christum, & in hoc solo per suum Spiritum in nos suam diffundit charitatem: consequitur, nos non esse electos propter opera, sed tantum Propter Christum.

-93b

E 3

§. LXXXIX.

§. LXXXIX. Quibus quid clarius potuisset proferre, quo Christum electionis causam impulsivam esse significaret? Et tamen ne à Calvinianis aliis videretur dissentire, cùm veritate convictus, p. 673. Propter Christum & in Christo nos prædestinatos dixisset, subjecere haud veretur: Quanquam, quidam Apostolus ait, in Christo nos fuisse electos; non propriè indicat causam efficientem electionis: sed medium, quo facta est hec nostrum Deo unio, etiam ante mundi constitutionem. Quibus si id tantum vult, quod verba ejus præ se ferant, nempe Christum nota esse propriè causam efficientem electionis, nobis non adversatur, utpote qui ambabus hoc manibus jam antè largiti fuimus. Quod si verò longius progredi, & cum aliis Calvinianis negare insuper velit, meritum Christi esse rationem, quæ ad electionis decretum se per modum causa habeat, non solum à nobis, sed etiam à scipso dissentiet.

§. LXXXIX. Primum enim, cùm illam Apostoli præpositionem: Deus elegit nos in Christo, d. l. explicat per hanc: Deus elegit nos propter Christum, non video, quid particula propter aliud indicet, nisi hoc: Christum esse electionis causam, vel rationem saltem, quæ ad illam se per modum causa habeat. Quod nec Zanchius diffiteri potest, quando inferius p. 699. scribit: Ergo cùm nusquam dicat Apostolus, nos esse electos Ἀλλὰ τοῦ χριστοῦ, sed tantum οἱ τοῦ χριστοῦ: confirmat doctrinam antea traditam & comprobatam: nempe causam electionis non solum non fuisse opera nostra prævisa, sed ne ipsam quidem Christi Mediatoris ac Pontificis prævisam obedientiam & mortem, propriè loquendo. Ubi agnoscit, quod præpositio propter, si Paulus propter Christum nos electos dixisset, electionis causam denotet. Quod verò negat, Apostolum usquam dice-

dicere, nos esse *Aḡt τὸν χειρὶ*, electos à nobis facile conceditur, si sensus sit, cum totidem verbis id non dicere. Sed quid hoc ad præsens, ubi de re ipsa queritur, an scilicet Apostolus tale quid dicat, quod secundum rem idem valeat, ac si *Aḡt τὸν χειρὶ* nos electos dixisset, vel ex quo *Aḡt τὸν χειρὶ*, i.e. propter Christum nos electos esse, necessario sequatur. Hoc autem Zanchius toties asseverat, quoties ex eo, quod ab Apostolo dicimus *εἰ εὐτῷ* in ipso (sc. Christo) electi, insert & concludit, propter Christum nos esse electos. Videantur loca, quæ in præced. §. LXXXVII. ex ipso allata sunt.

§. XC. Deinde cùm Zanchius Christum dicit electionis medium esse, intelligit hoc non de medio ad executionem electionis ordinato; sed de medio ipsius electionis, ab æterno facta, seu, ut ipse loquitur, de medio, quo facta est hec nostri cum Deo unio (hoc est, electio) etiam ante mundi constitutionem. Cùm vero electio nostri in Deo non sit actus productus, sed ipsa Dei essentia, per modum voluntatis concepta, repugnat ejus aliquod medium dari, nisi medium p̄ o causa accipias, cuius intuitu Deus, saltem juxta nostrum modum concipiendi, dicitur motus, ut ad vitam æternam nos eligeret.

§. XCI. Atque hoc redit tandem ipsius Zanchii explicatio. Vocab enim electionem unionem nostri cum Deo, cùm per peccatum essemus ab ipso abalienati, in electione nos rursum pro suis agnoverit, nos amaverit, & ad vitam æternam, ut secum essemus in perpetuum, ordinaverit. Cum vero factam dicit in Christo, tanquam medio inter Deum eligentem & homines electos: quia Deus in Christo, in quo ut in capite Ecclesie repositæ affirmatae sint omnes Dei Patris benedictiones, caelestesque diuitiae ac thesauri; nos amaverit, charos habuerit, atque ut justos

justos & mundos & immaculatos inspexerit, & semper inspiciat: nempe perinde, atque si tales ri ipsa essemus, quia Christus est, justissimi, sanctissimi, mundissimi, beatissimi. Vide plura apud eundem p. 698. *Sicut autem Dei Patris benedictiones & coelestes divitiae nostrae in Christo tanquam in causa meritoria, reposita & firmata sunt, & in ipso, tanquam in causa meritoria Deus nos amavit, charos habuit, atque ut justos & mundos & immaculatos inspexit; ita in Christo tanquam in medio nos electos esse, juxta hanc Zanchii explicationem, non potest aliud admittere sensum, quam hunc: In Christo tanquam in causa meritoria, seu intuitu meriti Christi nos esse electos. Tanta scilicet vis est veritatis, ut in quascunque etiam facies se vertant adversarii, vel inviti tamen pro ea testimonium dicere cogantur.*

§. XCII. Arque hactenus primam expositionem saltem *non' argutor*; & ex propriis adversariorum hypothesisibus impugnavimus. Aliquin eam, recte intellegam, non repudiamus, quia etiam nonnulli nostratiui Theologorum utuntur: inter quos est magnus Gerhardus, Theologus de Ecclesia Christi meritissimus, & *oī vī cōzīōis*, noster olim praeceptor honoratissimus, in Disp. Isag. de Prædest. c. v. Thes. iv. cum post hæc verba: *Quando igitur Apostolus dicit, nos esse in Christo electos, sensus est, quod per & propter Christum electi simus;* subiect: *potest etiam phrasē Apostolica hoc sensu actipi, quod electi simus in Christo tanquam capite.* Deus enim ab aeterno previdit; quinam per fidem tanquam membra corporis mystici Christo capiti essent inserendi, atque in hac compage mystica ad finem perseveraturi. Illos igitur, quos per fidem membra Christi futuros previdit, in Christo Mediatore, Redemptore & capite elegit.

§. XCIII.

§. XCIII. Quod tamen non eo intelligendum est sensu, ac si *in Christo* tanquam *in capite*, dicamur electi propterea, quod *prius Christus*; *deinde nos electi sumus*, ut Zanchius & Polanus volunt: Nam Gerhardus d. l. c. l. Th. 7. negat Christum propriè dici electum: sed quod Christus tanquam caput sit *causa meritoria*, cuius intuitu Deus membra, quæ ei in tempore per fidem adhæsura prævidit, ab æterno elegerit: ut, *in Christo capite nos electos esse*, idem sit, quod propter ejus meritum nos electos esse, atque adeò explicatio hæc, quantum ad rem, coincidat cum illâ, quam d. l. immediate præmisserat & nos supra etiam in §. LXXIV. nostram fecimus. Et tantum de expositione prima.

§. XCIV. Secunda autem, int̄imius perspensa, omni prorsus fundamento destitui deprehenderetur.

§. XCV. Quia enim verba Apostoli; *Dens elegit nos in Christo*, propriè accepta, discrimen important inter eum, qui nos elegit, nempe Deum, & inter eum, *in quo electi sumus*, nempe Christum, intellectus noster primò, cùm super ea fertur, *Deum eligentem & Christum*, in quo electi sumus, non aliter concipit, quām ut ad electionem nostri sese diversimodè habent; Ille quidem ut causa efficiens; hic vel ut impulsiva, vel ut subjectum &c. Non autem haberent se ad illam diverso, sed eodem modo, si in Christo, non quā mediatore, sed tantam quā Deo, electi diceremur; quandoquidem sensus esset: Pater & Christus, quatenus sunt unus & indivisus Deus, elegerunt nos. Qui modus interpretandi, cùm à verborum proprietate discedat, admittendus nunquam est, nisi inevitabilis cogat necessitas.

§. XCVI. Nec est, quod quis urgeat illud Coloss. I. v. 16. *cō& utrū in illo creata sunt omnia &c.* ubi *m̄ ev̄ a utrū*

de Christo, non quā *Mediatore*, sed quā Deo tantum accipiendum est, non obstante, quod verba, propriè accepta, etiam discrimen importent inter eum, *qui creavit*; & eum, *in quo creata sunt omnia*, nempe Christum. Non enim utriusque loci eadem est ratio. Nam quantum ad creationem attinet, in confessio est, & facilè, si opus foret, probari posset, quod Christus non sit ejus meritoria causa. Hinc de ipso, quā *Mediatore*, accipi non potest, quod in eo *creata dicuntur omnia*, sed necessitas cogit, ut de ipso, quā Deo tantum hoc explicemus. Quod verò attinet ad electionem, hoc ipsum in questione est, an Christus sit ejus meritoria causa; & licet Calviniani non pauci in negativam abeant partem, ab orthodoxis tamen affirmativa invictis argumentis probatur. Hinc talis necessitas, ob quam de Christo quā Deo tantum accipiamus, quod in ipso electi dicimur, in loco Eph. I. v. 4. neutiquam apparet.

§. XCVII. Quod accedit, quod in toto contextu Apostolus de Christo, non quā Deo tantum, sed quā *Jesus Christus & Mediatore* loquitur. Nam quod in versiculo antecedente Deum dicit *nobis benedixisse omni benedictione spirituali ē̄xistō*, in Christo, id extra dubium intelligitur de Christo *Mediatore*, cuius quippe meritum omnis benedictionis spiritualis causa est. Cui annexit immediate quartum, in cuius explicatione occupati sumus, versiculum per particulam *καθὼς h. m.* Benedixit *nobis omni benedictione spirituali in ecclesiā, in Christo, καθὼς ἐξελέγη ἡμῶν εἰς αὐτῷ sicut elegit nos in ipso.* Ubi vox similitudinis *καθὼς* subinnuit, quod Deus, sicut in Christo tanquam causā meritoria, h. e. *propter Christum*, in tempore nobis benedicit; ita in eodem, tanquam causā meritoria, seu *propter eundem*, ab *eterno* nos elegerit. Quod bene obser-

observavit Photius apud *Oecumenium*, cum in h. I. inter alia sic commentatus est: ἐνλόγιον γέρημας ἡ μέση μέρον εἰ πάσῃ πνευματικῇ ἐνλογίᾳ, οὐλακή ἐν πνευματικοῖς πράγμασι καὶ ἐπεργασίαις. Διὸ τὸν Θεόν; Αὐτὸν χριτόν. πᾶς; καθὼς ἐπελέξατο ἡμας τοιούτης πατρούς νόμου; i. e. Benedictus enim nobis non solum omni benedictione spirituali, sed etiam rebus spiritualibus & cœlestibus. Per quem? Per Jesum Christum. Quomodo? sicut elegit nos ante constitutionem mundi. Et postea: ὃς τε ἐνλόγιον ἡμας ὁ θεός καὶ πατής Αὐτοῦ χριτός, οὗτος καὶ ἐξελέξατο δὲ αὐτὸς, καὶ τοῦτο εἰς αὐτὸν πέτεσ, i.e. Sicut benedixit nobis Deus & Pater per Christum; ita & elegit nos per ipsum, & per fidem, qua est in ipsum.

Confer Theophylactum in h. I. Quibus præivisse videtur Chrysostomus, cum in Hom. I. super Eph. I. in hac verba: καθὼς ἐξελέξατο &c. ita scripsit: ὁ δὲ λέγει τοις τούτοις ἐστι, διὸ ἐνλόγιον ἡμας Αὐτοῦ τότε καὶ ἐξελέξατο, i. e. Hoc est autem, quod dicit: per quem nos benedixit, per eum etiam elegit.

§. CXIX. Porro in v. 5. subjicit Apostolus: Qui predestinavit nos, quos adoptaret in filios Αὐτοῦ ινοῦ χριτός, per Jesum Christum. Quibus verbis, ut & in seq. vers. 6. 7. 10. 11. &c. rursum de Christo Mediatore loquitur. Merito igitur in hoc, quem & modus loquendi & contextus indicat, sensu acquiescimus, & quod in Christo electi dicimur, de ipso Mediatore accipimus, usque dum ratio, ob quam à propriâ verborum significatione & contextus ovatur, recedendum, & in v. 4. aliter, quam in antecedentibus & consequentibus, Christus considerandus sit, satis pugnans allata fuerit.

§. XCIX. Tertia denique & quarta expositiones textui vim inferunt manifestam. Illa quidem: dum verbis Apostoli circa necessitatem aliquid superaddit, & sen-

sum ita supplet: *Elegit nos in ipso scilicet adoptandos.* Hæc: dum iisdem aliquid detrahit. Nam in Textu Paulino legitur pronomen *ημας* bis positum, & interjecta distinctio o-
nis notæ, costruitur semel cum verbo *εξελέξατο* iterum
cum verbo *ενω* h. m. *εξελέξατο ημας εν αυτῳ τεκνον*
βολης κόσμου, εναη ημας αγίας &c. Macovvius vero, subla-
ta distinctione, ac si pronomen *ημας* tantum esset semel
positum, verbisque trajectis sic legit: *εξελέξατο ημας ενω*
εν αυτῳ αγίας, i. e. *elegit nos esse in ipso Sanctos.*

§. C. Porro utraque dividit, quæ Apostolus com-
posita esse voluit. Nam ex contextu hoc: *εξελέξατο ημας*
εν αυτῳ τεκνον βολης κόσμου, εναη ημας αγίας, nemo, qui
Grammaticam construendi rationem novit, aliter judica-
re potest, quām *το εν αυτῳ* pertinere ad verbum *εξελέξα-*
το. Quando igitur *Beza*, & qui ipsum seqvuntur, nec
non *Macovvius*, nulla cogente causâ, id à verbo *εξελέξατο*
sejungunt, & illi quidem ad aliquid, quod subintelligi de-
beat; hic ad sequentia, *εναη ημας αγίας*, referunt, mani-
festum est, quod fallaciam divisionis committant.

§. CI. Macovvius quidem hanc verborum Apo-
stolicorum trajectionem probare conatur, *Rationes*, in-
quiens, cur hec trajectio necessariò in his verbis est admit-
tenda, sunt hec:

I. Quia *το ενω* construendum est necessariò cum *εξε-*
λέξατο, cum nullum sit verbum aliud, quod precedat insi-
nitum esse. Sensus ergo hic erit: *Elegit nos esse in Christo*
&c.

II. Ostendit hoc versus antecedens terius, cui re-
spondet hic quartus. Nam dicit, benedixisse Deum omni be-
nedictione, que est *in Christo Jesu*: Et docet electos nos
esse ad hoc ab eterno, ut in illo nobis benedictiones istas con-
ferret.

§. CII.

§. CII. Verum rationes hæc ita sunt lubricæ, ut
dum eas producit Macowius, vix serio rem agere videa-
tur. Neutri enim ulla consequentia vis ineft. Non priori.
Quæ enim, quæfso, hæc consequentia est: τὸ ἐν in
textu Paulino regitur à verbo ἐξαλέξατο. Ergo τὸ εἰ αὐτῷ
non potest cum eodem construi, sed per trajectionem ad
verbum αὐτῷ referendum est? Cur non potius contrà tūm
τὸ εἰ αὐτῷ sine trajectione ad verbum ἐξαλέξατο pertine-
re; tūm τὸ ἐν ab eodem regi statuis: Cūm non modò
hæc inter se non pugnant, sed etiam rationi construendi,
& regulis Grammaticis sine ulla violentia utrumque con-
veniat. Nec posteriori. Nulla enim ratio appetet conse-
quentia hujus: in v. 3. dicit Paulus, Deum benedixisse no-
bis omni benedictione spirituali in Christo. Ergo cum in
vers. seq. dicit: quemadmodum elegit nos ēi dñs in ipso
&c. docet, electos nos esse ad hoc ab eterno, ut in illo no-
bis benedictiones istas conserret. Nulla, inquam, hæc conse-
quentia est: cūm in antecedente illo nihil extet, ex
quo consequens rectè deducatur. Imò connexionem
versiculi quarti cum tertio qui expendit, facile ex particula
κεράς animadvertisit, Apostolum d.l. nihil docere aliud,
quam hoc; Deum benedixisse nobis in Christo, sicut in
eodem nos elegit.

§. CIII. Vides ergo, lector, quām infirmis, imò
nullis nitantur fundamentis quatuor illæ Calvinianorum
expositiones, quibus arduum hunc locum Apostoli pro
suo quisque lubitu, modò addendo, modò detrahendo,
modò verba trajiciendo, & composita dividendo, in sen-
sum, quem ipsi volunt, temerario planè usu detorquent;
contrà autem in aprico est, solam illam, quam nos adduxi-
mus, explicationem contextui conformem esse & genui-
nam Apostoli mentem exprimere.

§. CIV. Quod etiam è Calvinianis agnoscit D. Johannes Crocius, dum in Def. part. II. controvers. pr. p. 394. & seq. nostram orthodoxiam, quà meritum Christi electionis impulsivam causam statuimus, non solum approbat, sed etiam confirmat, tūm hocce loco Apostoli, tūm ratione: cuius verba digna sunt, quæ hic legantur: ita autem illæ ad argumentum Menzeri, à conformitate decreti & executionis petitum, inter alia responderet: Major de electione accepta non nisi limitatè est vera, vide licet in genere causa efficientis principis, impulsivæ, meritoriae & finalis. Rechè igitur subsumis: Justificationis causa sunt Dei misericordia sive gratia & Christi meritum. Ergò eadem sunt causa electionis. De Dei misericordia nulla est controversia. De Christi merito queritur. Sed hujus tanquam causa intuitu quoescunque elegit, electos esse Scriptura clare docet, & ratio ex Dei verbo petita confirmat. Scriptura docet, cùm nos in Christo electos esse dicit Eph. i. v. 4. id enim nihil aliud est, quām per & propter Christum nos electos esse. Nempe ille satisfecit Deo pro peccato, & effecit, ut posset peccatores, quos vellet, salvâ suâ justitiâ eligere. Ita dicitur Deus benedixisse nobis in Christo. ibid. Idem ratio confirmat. Deus est ignis consumens Deut. 4. v. 24. Peccatori igitur non patet ad Deum accessus, nisi interpositâ satisfactione. Ergò in satisfactione fundatur dilectio Dei, quod quosdam ad vitam æternam eligit. Hoc ergò sensu Christus est causa electionis.

§. CV. Eandem sententiam putat haberi etiam in Confessione Gallicana art. XII. Anglicana posteriore cap. VII. Scoticana art. IIX. ubi dicimur in Christo Jesu elegi: item in Confessione Helvet. priore cap. X. Belgica art. XVI. que per Jesum Christum electos nos docet.

§. CVI.

§. CVI. Ita Grocius præter & contra *Wendelin*
aliorumque Calvinianorum opinionem. Ne tamen de-
esseret, in quo à nobis dissentiret, visum est ei statum quæ-
sionis restringere ad *Eidem prævisam*, aut ea electionis *cau-
sa instrumentalis* sit dicenda.

§. CVII. Verum de instrumentalis causæ appella-
tione, an fidei in ordine ad electionem conveniat, nec ne,
nolumus nunc cum quoipiam contendere, quanquam quo
sensu phrasí hac nostratium quidam usi fuerint, superiorius
in §. XLI. & seq. à nobis expositum est, ubi videoas. Rem
ipsam quod attinet, quæstionis cardo vertitur in hoc: *Num
intuitu fidei in Christum simus electi?* cuius affirmativa
non indiget ulteriori probatione, si semel probatum &
admissum fuerit, quod intuitu meriti Christi simus electi.
Cùm suprà in §. XL. ostenderimus, id intelligi oportere
de merito Christi, ratione applicationis considerato, h. c.
de illo, quatenus fide est apprehensum vel apprehenden-
dum. Secundum rem verò idem sunt, *meritum Christi*,
quatenus fide est apprehensum vel apprehendendum; &
fides in Christum seu fides, cum merito Christi conjuncta,
sicut & hæc: *electum esse intuitu meriti Christi, fide ap-
prehendendi: & intuitu prævisæ fidei in Christum electum
esse*, inter se non differunt, nisi in modo loquendi, dum
in priori phrasí meritum Christi in recto, fides in obliquo
casu per modum connotati; in posteriori autem con-
trà fides in recto, & meritum Christi in obliquo casu
ponitur.

§. CVIII. Atque hæc de loco Eph. 1. v. 4. Priùs
autem, quam ad alia progrediamur, discutienda est adhuc
una dubitatio. Nempe multi, iisque graves scriptores
contendant, Apostolum agere in eo non de electione *ad
gloriam*, de qua in præsentia agimus, sed tantum de ele-
ctione

Ectione ad gratiam. Hinc Vazquez Tom. I. in p. I. Disp. XCIV. cap. 2. n. xi. Quod autem, ait, hactenus probavimus, intelligitur de electione ad gratiam, qua scilicet Deus decrevit aliquos ex massa perditionis, gratuita & congrua sua vocatione eripere, aliis in ea relictis. De hac enim intelligentendum esse hunc locum Pauli ad Eph. I. v. 4. ex mente omnium interpretum ostendi disputatione 89. c. 12. Et paucis interjectis: Si vero sermo sit de electione ad gloriam, ex hoc loco non potest demonstrari, fuisse ex meritis Christi, cum de ea ibi Apostolus non loquatur. Ita ille, à cuius partibus stant alii non pauci.

§. CIX. Verum ut de distinctione hac inter electionem ad gratiam & ad gloriam; nec non de eo, an Apostolus d. l. tantum de electione ad *Gratiam* agat, nihil dicamus: ad præfens nostrum institutum sufficit, quod Calviniani ipsius locum hunc de electione ad *Gloriam* expoununt. Videantur inter alios Patres Synodi Dordr. de divin. Præd. a. 1. can. VII. & IIX.

§. CX. Deinde si vel maximè ponamus, quod Apostolo d. l. præcisè de electione ad gratiam sermo sit, nihil tamen minus pro nostra sententia ex eo hunc in modum colligimus: si electio ad *gloriam* absoluta est, & prævisa merita Christi ordine antecedit, sequitur, quod electio ad *Gratiam* absoluta & ordine prior sit prævisis Christi meritis. Consequens autem falsum esse, in dubitatione hac præsupponitur. Falsum ergo est & antecedens.

§. CXI. Ratio consequentia est, I. Quia ut alias qualibet voluntas efficax fertur in finem sub ratione mediorum, ita etiam electio ad *gloriam*, cum & ipsa sit voluntas efficax, complectitur in se voluntatem & gloriam, & quæ ad illius consecutionem se tanquam medium habet,

gra-

gratiæ conferendæ : Ut si illa prævisio Christi meritis sit prior ; hæc iis posterior esse non possit, nisi quis absurdè statuere velit, Deum eandem gratiam quam prius æquè ac gloriam absolutè & circa intuitum ad merita Christi voluerit, posteà mutatâ voluntate, non absolutè sed ob prævisa Christi merita voluisse.

§. CXII. II. Quia positâ efficaci voluntate circa finem, etiam præcisâ omni aliâ causâ movente, voluntas mediorum necessariò ponitur. Propterea enim volumus media, quia finem efficaciter volumus, & si finem efficaciter velimus, non possumus non media velle. Hinc media aletari nunquam volumus intuitu alicujus meriti, nisi simul & finem ejus intuitu velimus : quod fit, cùm deest sufficiens ratio motiva, quæ voluntatem ad finem alteri decernendum inducat : ut ita meritoria causa, si qua ad voluntatem mediorum necessaria sit, semper etiam ad voluntatem finis requiratur : imò ad hanc magis, quam ad illam, præsertim cùm finis majus bonum sit, quam media. Non autem probabile est, præstantius bonum absolutè & nullo interveniente merito ; minus autem præstans non nisi ob meritum alicui decerni, maximè si bona sint subordinata & hoc propter illud.

§. CXIII. III. Eadem consequentia probatur etiam per deductionem ad absurdum : nimirū si electio ad gloriam esset absoluta ; electio autem ad gratiam intuitu meriti Christi facta sequeretur, quod, qui electus est ad gloriam, electione suâ cursum possit excidere. Nam ad meritum Christi, ut alicui actu sit electionis meritoria causa, necessarium est, ut fide applicetur, sicut superius in §. XL à nobis ostensum est. Fieri autem posset, ut electus ad gloriam, si absolutè esset electus, Spiritui Sancto,

in ejus corde fidem operaturo, posteà resisteret, & in incredulitate sua moreretur, atque sic ob prævisam finalem incredulitatem non esset eluctus ad gratiam. Quo ipso etiam electione ad gloriam excideret, cum hujus electionis fructum percipere, h. e. ad gloriam pervenire nemo posset, nisi ad gloriam quoque sit electus, & in fide ad finem usque perseveret.

§. CXIV. Dices I. Neminem esse ad gloriam electum, nisi quem in Christum crediturum Deus ab æterno prævidit, & sic ad gloriam quoque elegit?

II. In iis, qui ad gloriam sunt electi, Spiritum S. operari fidem per vim, ut hodiè loquuntur, irresistibilem.

§. CXV. Ad I. resp. Si Deus non elegit ad gloriam, nisi quos in Christum credituros prævidit, habemus nos, quod volumus, nempè quod electio ad gloriam non sit absolutè.

§. CXVI. Ad II. resp. peti mō dē X. Quæ enim pro irresistibili conversionis gratia contra Remonstrantes disputant, jamdudum à nostris solidè refutata & falsitatis convicta sunt: qua de re nos alibi agemus. Atque hæc ad nostræ sententiaz confirmationem sufficient; plura desiderante ad B. Hunnum, Gerhardum, & alios remittimus.

CAPUT VI.

Prioris quo Calvinianorum opinio nititur, fundamenti Examen.

Loca ex Eph. I. v. 5. Rom. IX. v. 16. 2. Tim. I. v. 9. Rom. IX. v. 18. frustrā à Calvinianis ad absolute decreti confirmationem adducuntur.

§. CXVII.

§. CXVII. Postquam nostram super proposita quæstione sententiam expoluimus, eamque uno atque altero argumento confirmavimus, superest ut duo illa superiorū in Cap. II. adducta fundamenta, quibus Calviniani suam adstruunt opinionem, paulò altius expendamus.

§. CXVIII. Prius fundamentum, quod erat: *Præter Dei euonias, nullam electionis causam in Scriptura nominari; quatuor nititur dictis Scripturæ: inter quæ primum obtinet locum illud Pauli Eph. I. v. 5. Qui prædestinavit nos, ut adoptaret in filios per Jesum Christum in se, juxta beneplacitum voluntatis sive.* In quo tamen vix est, ut Wendelinus pro opinione suâ quicquam habeat præsidii: Cùm nihil ibi, nisi hoc dicatur; prædestinationem esse factam juxta beneplacitum voluntatis divinæ. Quæ verò hæc consequentia est: Ad Eph. I. v. 5. dicitur Prædestination facta juxta beneplacitum voluntatis divinæ, nullam aliam prædestinationis causam nominat? Nam licet non in allatis verbis, alibi tamen, & quidem in hoc ipso capite aliam nominat, cum versu mox præcedente Apostolus dicit: *Quemadmodum (Deus) elegit nos in ipso [Christo] antequam jacerentur fundamenta mundi. Ubi in Christo nos electos esse ante facta mundi fundamenta, nihil importat aliud, quam intuitu meriti Christi: vel propter meritum Christi nos ab æterno electos esse: qua de re in præced. capite fusè egimus.*

§. CXIX. Secundum desumptum est ex Rom. IX. v. 16. quod à Wendelino sic citatur: *Electio non est ejus, qui velit, nec ejus qui currat, sed misericordis Dei.*

§. CXX. Adquod resp. I. Vocabulum *electionis* in prædicto Pauli loco non haberi, utpote ubi hæc saltē; *Itaque non volentis est, neque currentis, sed misericordis Dei,* verba leguntur, & quidem, ut patet per modum conclu-

sionis illata ex isto Dei effato: *Miserebor, cujuscunque misericor, & commiserabor, quemcunque commiseror.* In quo, ut & ceteris, que in contextu antecedunt, sicut non existimamus de æterna agi prædestinatione, ita nullam videmus cogentem causam, cur, quæ inde ab Apostolo inferuntur, de illa accipi oporteat: quod fuisus jam diducere cùm chartæ angustia prohibeat, alibi, Deo volente, & forsitan in peculiari disputatione explicandi occasio dabitur.

S. CXXI. II. Si ponamus, prædicta Pauli verba accipienda esse de electione seu prædestinatione æterna: ne sic tamen *Wendelinus* quicquam adversum nos obtinebit. *Ex eo enim, quod electio non est volentis, neque currentis, sed misericordie Dei,* nihil sequitur, quām electionem non pendere ex nostra voluntate, vel cursu & studio operum, sed ex Dei misericordia; quod ambabus nos manibus largimur, nihilominus nobis perswasum habentes, firmo adhuc talo stare, quod Ecclesiæ nostræ docent; Deum intuitu meriti Christi, quod fide nos apprehensuros prævidit; vel intuitu fidei in Christum ad vitam æternam nos elegisse. Neque enim calculum nostrum merbitur, quisquis sic colligere voluerit. *Electio non pendet ex nostra voluntate vel cursu;* seu ex nostro conatu & studio operum, sed ex misericordia Dei. Ergò Deus elegit nos non intuitu meriti Christi, fide apprehendendi, vel intuitu fidei in Christum. Nam etsi gratia & misericordia Dei merito operum nostrorum rectè opponitur, adeò ut duo hæc: *per gratiam aliquid conferri, & tamen ex merito operum conferri,* Apostolus Rom. XI. v. 6. pro contradictoriis habeat: *Si inquiens, per gratiam, non jam ex operibus, quandoquidem gratia non est gratia.* Sin ex operibus, *jam non est gratia, quandoquidem opus jam non est*

*est opus: nusquam tamen reperio, merito Christo & fidei
perinde gratiam & misericordiam Dei opponi, sed potius,
sicut non per opera, sed gratis per Dei gratiam; & tamen
per fidem, per Redemtionem, que est in Christo Jesu justifi-
ficamur, Rom. III. 24. c. IV. v. 5, &c. ita nihil obstat, quod
minus recte dicatur, non ex nostro conatu & studio ope-
rum, sed ex Dei misericordia; & tamen simul ex intuitu
fidei in Christum, seu ex previsione meriti Christi, fide appre-
hendendi nos electos esse.*

§. CXXII. Porro tertium Scripturæ locum citat Wendelinus ex 2. Tim. I. v. 9. his verbis: *Qui servavit nos & vocavit vocatione sancta, non ex operibus nostris, sed ex suo proposito & gratia. Quibus Apostolus, non agit de electione æterna, sed de salute, quam Deus in tempore electis confert, ejusque causam docet non esse nostra opera, sed Dei propositum & gratiam. Hinc non video, quā consequentiā exinde deduci possit, quod elec-
tio ad vitam æternam sit absoluta, h. e. citra intuitum ad meritum Christi, fide apprehendi facta.*

§. CXXIII. Addo, quod Apostoli verba Wendelinus mutilatè citat, omisssis hisce: *Quæ data est nobis in Christo Jesu ante tempora eterna. Quæ ad antecedentia pertinent, & gratiam, secundum quam Deus nos servat & vocat, significant nobis datam esse ab æterno. Atque hæc admittimus de æterna electione accipi posse, quemadmo-
dum & à plerisque interpretibus de ea accipiuntur, ut gratiam nobis datam seu destinatam esse ab æterno, quo-
ad rem, idem sit, quod ab æterno nos electos esse. Quia autem illa gratia nobis non absolute, sed in Christo Je-
su data dicitur, tantum abest, ut locus hic Calvinianorum opinionem de absoluto electionis decreto stabili-
at, ut eam potius evertat, & nostram, quā Christum ejus*

meritoriam causam statuimus, sententiam solidè confirmet.

§. CXXIV. Ad quartum denique locum devenimus, qui Rom. IX. v. 18. ita habet: *Itaque cuius vult, miseretur; quem autem vult indurat.* De quo accuratè perpenso vix aliud ferri potest judicium, quām quod de verū præcedente decimo sexto, ex quo & subseguente illum Apostolus per modum conclusionis dedit; suprà in §. CXX. tulimus: videlicet quod urgens ratio, cur de æterno electionis & reprobationis decreto accipiendus sit, nulla appareat. Cujus ubiorem declarationem, cùm majoris ea opera sit, quām ut hīc commode possit institui, ad eandem rejicimus occasionem, ad quām præcedentis v. 16. explicationem superius reservavimus.

§. CXXV. Quid? quod si vel maximè quis concesserit, de electione & reprobatione æterna citatum locum agere, adhuc tamen, quod *Wendelino* respondeatur, in promptu est. Nam phrasis hæc: *cuius vult miseretur, & quem vult, indurat*, potest accipibifariam.

I. De voluntate *simpliciter absoluta*, quæ omnem planè commiserationis & indurationis causam excludat, ut sensus sit: Deum nullo habito respectu ad hominum fidem vel incredulitatem, tantum quod sibi ita placeat, misereri, quorumcunque miseretur, & indurare, quosconque indurat.

II. De voluntate *secundum quid absoluta*: in quantum scilicet Deus, cùm ob peccatum omnes posset damnare, nemini ob propria merita obligatus est misericordiam exhibere, quamvis eam, cui exhibet, non nisi ob meritum Christi, fide apprehensum, exhibeat.

§. CXXVI. Prior sensus, utut Calvinianis arri-deat, à mente tamen Apostoli longè est alienissimus. Pri-

Primum enim testatur Scriptura Sacra, Deum nolle ullius, nisi poenitentiam agentis, & meritum Christi fide apprehendentis misereri, vel quenquam nisi incredulum damnare, juxta illud Christi : *Hec est voluntas ejus, qui misit me, ut omnis, qui videt filium, & credit in eum, habeat vitam aeternam, Job. VI. v. 4.* Non misit Deus filium suum in mundum : ut condemnaret mundum, sed ut servetur mundus per eum. *Qui credit in eum, non condemnatur : qui vero non credit, jam condemnatus est : quia non credit in nomen unigeniti filii Dei, cap. III. 17. 18.*

§. CXXVII. Deinde ex consideratione locorum, qua à Paulo ex Exod. XXIII. 19. & cap. IX. v. 16. citantur, non obscurè potest ostendti, quod utroque in loco aliqua, & in illo quidem commiserationis ; in hoc autem inductionis causa, eaque à voluntate Dei diversa presupponatur : quod fusè docet Franzius in Tr. de Interpret. orac. XXXVIII. & seq. quo lectorem remitto.

§. CXXVIII. Non igitur priori, sed posteriori sensu intelligi debet, quod Apostolus de Deo dicit : *Cujus vult, miseretur, quem autem vult, induxit.* Nempè quia Deus ob commissum peccatum, sine ullius injuriâ, omnes homines poterat damnare, nec ulli quicquam ex propriis meritis debeat, non nisi ejus beneplacito adscribendum est, quod ab aeterno voluit illorum misereri, & in tempore misit filium suum, ut passione & morte sua pro eorum peccatis satisfaceret ; quod item per Verbum & Sacramenta in cordibus non contumaciter repugnantium, fidem operatur ; Atque haec est simpliciter absoluta voluntas.

§. CXXIX. Quod autem actu illos tantum, quos & quia prævidit in Christum credituros, misericordiâ suâ complexus ad aeternam vitam elegit, & contrâ illorum,

quos

quos prævidit oblatam gratiam rejecturos, & in incredulitate perseveraturos, non miseretur, sed eos in miseria sua relinquit, reprobat, vel etiam indurat: id utique utrumque in voluntatem Dei referendum est, non tamen prout ea simpliciter, sed secundum quid absoluta est: nempe secundum hoc, quod hominum non miseretur ob ullam causam, quæ ex ipsorum viribus, conatu & studio proveniat, *absoluta* est. Secundum illud autem, quod quorūcunque miseretur, ob meritum Christi fide apprehensum miseretur; & quos in miseria relinquit, reprobat, indurat, ob malitiosam gratiæ rejectionem & contumaciam repugnantiam deserit, reprobatur, vel indurat, non *absoluta*, sed restricta est: cùm ad hasce causas Deus liberimè se adstrinxerit, earumque intuitu ab æterno vel ad damnationem reprobaverit, quoscumque elegit vel reprobavit, ut de electione superiori probatum dedimus; de reprobatione autem suo loco ostendetur. Et tantum de priore Calvinianorum fundamento, quo decretum electionis absolutum stabilire conantur.

CAPUT VII.

Posteriorius Calvinianorum fundamentum expenditur.

Posteriorius fundamentum in Syllogismum redactum. Consulatur, Autoris stabilitimenti Irenici respondetur. Due ejus exceptiones soluta.

§. CXXX. Accedimus ad posteriorius fundamentum, quod erat; *In iis, quos Deus elegit, nihil fuisset, quod ad electionem & amorem permovere Deum posuerit. Quod,*

ut

ut cuius sit ponderis, evidentius appareat, in Syllogismum redigemus, qui hic erit: *In quibus nihil fuit, quod ad electionem & amorem permovere Deum potuerit, illorum electio est absoluta.* Atqui in iis, quos Deus elegit, nihil fuit, quod ad electionem & amorem permovere Deum potuerit. Ergo illorum, quos Deus elegit, electio est absoluta. Eadem collectio est etiam Autoris Stabilimenti Irenici, cuius verba superius in Cap. II. §. XXIX. citavimus.

§. CXXXI. Minor probatur: *quia Deus elegit homines in peccatis mortuos, ad omne bonum opus ineptos, aeternae mortis reos.* Hinc prosyllogismus ad minoris confirmationem provenit talis: *Quicunque erant in peccatis mortui, ad omne opus bonum inepti, aeterna mortis rei, in illis nihil fuit, quod ad electionem & amorem permovere Deum potuerit.* Atqui illi, quos Deus elegit, erant in peccatis mortui, ad omne bonum opus inepti, aeterna mortis rei. Ergo in illis, quos Deus elegit, nihil erat, quod ad electionem & amorem permovere cum potuerit.

§. CXXXII. Eandem minorem confirmat Autor Stabil. Irenici *I. Ratione*; quod omnium hominum una & eadem sit conditio, quandoquidem omnes defecerint, & aeternam mortem promeruerint. *II. Per remotionem omnium*, quæ præter Dei beneplacitum, pro causa electionis à quopiam adduci possint. Vide supra in §. XXIX.

§. CXXXIII. Verum ad hec quoque quæ responderemus, succurrunt. Et quidem principale argumentum quod attinet, resp. dupliciter intelligi posse, quod dicitur: *In iis, quos Deus elegit, nihil fuisse, quod ad electionem & amorem Deum permovere potuerit, nempe vel simpliciter: quod planè nihil, neque per Naturam neque per Gratiam, nec actu nec potestate;* vel secundum quid: quod per Naturam nihil, seu nihil naturale in iis fuerit, quod &c.

H

§. CXXXIV.



§. CXXXIV. Si priori intelligatur modo, falsa est propositio minor. Nam etsi per Naturam, quæ tota peccatorum fardibus commaculata est, nihil; per gratiam tamen aliquid in ipsis fuit, quod ad electionem ad amorem permovere Deum potuerit. Fuit enim in iis *fides in Christum*, non quidem *actu*, quia ab æterno, quo facta est electio, homines nondum erant; sed *potestate*, & aliquando extitura, cuius tamen intuitu Deus perinde, ac si actu extitisset, ad electionem & amorem permotus est: & quidem Wendelini modo loquendi utar, qui quo sensu admitti possit vel debeat ex superius in Cap. III. §. XLI. alatatis patet.

§. CXXXV. Sin posteriori modo: negatur major, quæ facile ad absurdum deduci potest. Nam si ex illo, quod nihil, ob quod eligerentur per Naturam in hominibus fuit, recte inseritur, eorum electionem esse absolutam, h.e. præter Dei beneplacitum, nullam sui causam agnoscere: etiam ex hoc: quod iis, qui in tempore salvantur, per Naturam nihil inest, quod ad salvandum eos permovere Deum possit, inferendum erit, homines in tempore salvari *absolutè*, seu salvationem eorum esse *absolutam*, h.e. præter beneplacitum Dei, nullam sui causam agnoscere. Est enim, quantum ad præsens, utriusque sequela par ratio. Consequens autem posterioris, etiam juxta Calvinianos, falsum est, utpote quibuscum docent, præter Dei beneplacitum, etiam meritum Christi & fidem esse causam, cur in tempore salvantur, quicunque salvantur. Ergo nec prior collectio recte sese habet.

§. CXXXVI. Porrò quod ad principalis argumenti minorem propositionem confirmandam urgetur; *Deum elegisse homines in peccatis mortuos, ad omne bonum opus ineptos, eterne mortis reos*: id nihil evincit, nisi hoc:

in iis, qui electi sunt, per naturam nihil fuisse, vel nihil naturale fuisse, quod ad electionem & amorem permovere Deum potuerit: quod & nos largimur, Pelagianorum & Semipelagianorum, qui naturae corruptae alias vires etiam in Spiritualibus tribuunt, errorem serio detestantes, & longissime à nobis removentes, cujus tamen à Wendelino & aliis non citra insignem injuriam accusamur.

§. CXXXVII. Hinc ad allatum prosyllogismum respondemus, committi in illo fallaciam à dicto secundum quid ad dictum simpliciter. Nam ejus major propositio falsa est, si illud quidem, quod in ipsa locum prædicati obtinet, simpliciter accipiat, ut citra dubium à Wendelino accipitur, hoc scilicet sensu: *Qui in peccatis erant mortui, ad omne opus inepti, aeternae mortis rei, in iis planè nihil, b. e. nec per gratiam, nec per naturam, nec actu, nec potestate, & aliquando extitum quicquam erat, quod ad electionem & amorem permovere Deum potuerit: quæ nobis non adversatur.*

§. CXXXVIII. Ad rationes verð, quas Autor Stabil. Irenici ad ejusdem minoris propositionis confirmationem adserit, & quidem ad priorem, quod omnium hominum una & eadem sit conditio, respondemus nos, ex parte hoc verum esse; ex parte autem falsum. Verum est respectu peccati originalis ut & respectu peccatorum actualium, quatenus ea naturam corruptam necessitate quâdam internâ consequuntur. Falsum autem respectu malitie psonæ contracte, quæ in uno sane major est quam in altero, quod suo loco de decreto reprobationis acturi fuse educemus.

§. CXXXIX. Quando igitur prædictus Autor hunc in modum colligit: *omnium hominum eadem est conditio (omnes enim defecerant & mortem promeriti sunt*

Gen. VI. v. 5. c. IIX. v. 21. Rom. III. v. 12. 23. Eph. II. v. 1. 4. 5.)
Ergò in illis, qui electi sunt, Deus nullam invenit causam, cur præ ceteris eos eligeret; negatur antecedens, si de hominibus tertio respectu, nempè ratione malitia sponte contractæ id intelligatur. Quod si verò accipiatur de hominibus primo & secundo respectu consideratis (ita autem illud accipi debere, allegata dicta Scripturæ evincent) neganda est consequentia. Nam ex antecedente sic intellecto non sequitur, quod Deus in nobis simpliciter nullam; sed tantum, quod nullam viribus naturæ corruptæ acceptiō ferendam invenerit causam, cur unum præ altero elegerit: ut ita collectio citati Autoris anonymi ob fallaciam à dicto secundum quid ad dictum simpliciter vacillet. Etsi enim in hominibus, quatenus æqualis sunt conditionis h. e. quatenus æquæ sunt naturæ peccatores & filii iræ; per naturæ vires nihil inest, inest tamen aliquid per gratiam, non quidem omnibus, sed tantum iis, qui non contumaciter Deo resistunt, supernaturaliter concessum, cuius intuitu Deus hos, qui electi sunt, præ ceteris elegit.

§. CXL. Ad posteriorem probationem resp. in ea non enumerari omnia, quæ, præter Dei beneplacitum, pro causa electionis à quopiam adduci possint. Enumerantur quidem 1) prævisio fidei, à viribus naturalibus profectæ: 2) prævisio bonorum operum & qualitatum. 3) externum studium & desiderium audiendi verbum Dei: ex quibus nullam pro causa electionis habendum esse, ipsimet agnoscimus. Sed præter tria hæc, potest adhuc quartum superaddi, nempè fides in Christum, non à naturæ viribus, sed à supernaturali gratia dependens. Atque hujus intuitu dicimus nos ab æterno electos esse, quicunque in tempore salvantur.

§. CXLI.

§. CXLI. At excipit Anonymus in Vict. Stab. p.101.
Weil der seeligmachende Glaube nicht in unserm Vermögen steht/ sondern ein Geschenk Gottes ist/ so fragen wir nochmahl's/was doch die eigentliche Ursache sei: daß Gott der HERR aus den Menschen (die einerley Beschaffenheit waren) elliche erwehlet/ die andere aber verworffen und verdammet habe/ wegen der endlichen Unbüßfertigkeit und Unglaubens? Quibus hoc intendit: Fidem salificam, quia Dei donum est, non posse pro causa haberi, cuius intuitu nos Deus elegerit,

§. CXLII. Ad quod resp. non repugnare, aliquid donum Dei esse, & esse causam, cuius intuitu Deus aliud quid homini conferat: quod ipsius fidei exemplo manifestum est, qua ut recte dicit Calviniani, donum Dei, & tamen ut justificationis, ita & salutis æternæ causa est. Quod si igitur fides in Christum, non obstante, quod Dei donum sit, causa est, cur in tempore Deus nos justificet & salvet, ut Calviniani concedunt, quidni etiam ab æterno, cur ad salutem nos elegerit, causa esse potuerit?

§. CXLIII. Dicis: Fides hoc ipso, quod Dei donum est, non est in hominis potestate. Ergo causa, quod quidam credunt & electi sunt, alii autem non credunt, & ob credulitatem reprobati sunt, non est in ipsis, sed in Deo, qui pro suo beneplacito fidem illis donavit; his non item.

§. CXLIV. Resp. ad antecedens: Etsi fides non est in hominis potestate sita, ut suis eam viribus consequi possit; in ejus tamen potestate est obicem ponere, ne fidem tanquam donum suum Deus per ordinaria media ipsi impertiat. Hinc quod in consequente dicitur: Causam: quod quidam credant, non esse in hominibus, sed in Deo, fidem pro beneplacito suo iis largiente; id verbo

Dei consentaneum est, Eph. II. v. 8. Phil. II. v. 13. & à nobis
idecirò conceditur. Quòd autem causa, cur alii in incre-
dulitate perseverent, similiter in Deo esse infertur, id si-
cet Scripturæ Sacræ 1. Tim. 2. v. 4. 2. Petr. 3. v. 9. & alibi
contrariatur, ita nec ex antecedente sequitur. Fides e-
nīm, quamvis Dei donum sit, non tamē datur, nisi ei,
qui operationem Spiritus S. sine malitiosa & contumaci
repugnantia admittit. Sicut igitur productio fidei in ho-
mine non contumaciter repugnante à solo Deo, tanquam
à causa dependet; ita defectus fidei est à solo homine,
qui contumaci repugnantia & mediorum rejectione im-
pedit, quòd minus eam in voluntate ipsius Deus producat.
Causa igitur, quòd aliqui non credunt, non in Deo, sed
in ipsis hominibus incredulis residet.

§. CXLV. Verū in his nondum acquiescit ad-
versarii curiositas, sed querit ulterius: Warumb Gott
der HERR in so viel Menschen die Unwissenheit / die
Bosheit und Unglauben nicht hinweg genommen? War-
umb er ihnen den seilmachenden Glauben durchs Wort
nicht mitgetheilet habe? da ers doch als ein allmächtiger
HERR / der aller Menschen Herzen in seiner Hand hat/
wohl thun können. Et in Vict. Scab. p. 101. Warumb er
nicht / als ein allmächtiger Gott / von allen die Bosheit
und Unglauben genommen / und allen mit den Geist der
Gnaden erleuchtet habe?

§. CXLVI. Summa eorum reddit huc: Deus est omni-
potens, qui omnium hominum corda in manu habet.
Ergò potest illorum, qui reprobi sunt, malitiosam con-
tumaciam tollere, & sic facere, ne repugnant amplius,
sed tandem convertantur. Ergò dum hoc non facit, ipse
in causa est, quod in incredulitate reprobi perseverant, nec
Spiritui S. repugnare desinunt.

§. CXLVII.

§. CXLVII. Huc usque exceptio Anonymi, cui
mirum quantum roboris inesse existimat. Hinc in Stabil.
h. l. Wohlau/ inquit, kan uns der Doctor hierin willfah-
ren / und höher kommen / denn S. Paulus, D. Luther, und
andere kommen sind: so wär es uns lieb zu vernehmen.
Et in Victoria Stabil. d. l. Hier wolte sich D. Himmel eh-
ne Umbschweiff und Verwickelung weiter erklären.

§. CXLIX. Sed nihil est, quod causa nostra hinc
metuamus. Nam, quantum ad priorem attinet collec-
tionem, totam nos autori largimur: neimpē Deum,
cum sit omnipotens, suā omnipotentia posse etiam re-
proborum contumaciam tollere, & sic efficere, ne repu-
gnent amplius, sed ut tandem convertantur. In altera
autem negamus consequentiam. Neque enim ex eo,
quod malitiosam hominum repugnantiam Deus per o-
mnipotentiam suam non auffert, (quod tamen poterat)
recte sequitur, ipsum causam esse, quod multi non con-
vertuntur, nec repugnare desinunt. Non enim statim,
qui potest impedimentum tollere, nec tollit, causa est pro-
ducti vel impediti effectus: sed tunc demum pro cau-
sa is habendus est, si etiam teneatur illud impedire,
vel impedimentum tollere, ut in Metaphysicis tra-
ditur, Deus autem, qui per ordinaria media in cordibus
hominum operari pro liberrima voluntate sua decrevit,
quo jure obligatus tenetur, ut iis, qui media contumaci-
ter rejiciunt, per omnipotentiam suam vel incredulita-
tem adimat, vel fidem infundat?

§. CXLIX. Querenti igitur: Warumb GOTT
der HERR nicht als ein allmächtiger Gott von allen
die Bosheit und Unglauben genommen: respondemus,
propterea Deum hoc non fecisse, quod ei placuerit nobis-
cum agere tanquam cum hominibus, non tanquam cum

bru-

brutis vel lapidibus. Ideo ordinavit media, per quæ velit
in nobis efficacē esse, & simul iis nos virib⁹ instruxit, ut
liberē possimus mediis illis uti & non uti; contumaci-
ter iis resistere & non resistere. Quæ qui negligit, &
idcirco non convertitur, suā culpā negligit.

§. CL. Hæc qui nondum capit, is ordinem, juxta
quem Deus in temporalibus nobiscum agit, sibi ob ocu-
los ponat. Non enim inter veros Christianos dubium
est, quin nobis alimenta Deus præbeat, & de cunctis, ad
vitæ sustentationem necessariis, clementer prospiciat: quod
etiam in quotidianis nostris præcibus confirmetur. Hoc
autem non absolutè & per suam omnipotentiam, sed per
media ē se constituta facere solet. Jam si adeo quis de-
mens esset, ut ex proposito omnia contemneret media,
nec vel cibam presentem capere vellet; an putas, De-
um per suam omnipotentiam cum eo esse acturum, &
prater ordinem, à se institutum, miraculosè ipsum con-
servaturum? aut si fame periret, an Deum propterea,
quod potiusuā omnipotentia ejus vitam conservare, nec
eam conservavit, causam mortis dices?

§. CLI. Si verò in hisce ad Dei omnipotentiam
confugiendum non est, nec in Deum causa mortis refe-
renda, si quis neglecto cibo pereat; cur in conversionis
negotio ad illam confugis, & culpam ejus, quod multi,
qui ordinaria media contemnunt, non convertuntur, in
Deum rejicis: Cūm tamen in hoc Deus ordine, à se in-
stituto, non minus, quam in iis, quæ ad vitam tempora-
lem spectant, se liberrimè alligaverit?

§. CLXII. Dicis, in rebus temporalibus homo
adhuc libertate agendi pollet, quā in rebus spiritualibus
prosorsus destituitur. Nulla igitur hic comparatio institui
potest.

§. CLIII.

§. CLIII. Resp. Verum est, quod in temporalibus
homini post lapsum reliqua sit aliqua libertas; in spiritua-
libus non item: neque in hoc comparatio à nobis jam
instituta est. Loquimur enim tantum de externo medio-
rum usu, & volumus hoc: Sicut Deus in temporalibus
vult, ut mediis à se ordinatis utamur, nec causa mortis ex
hoc dicendus est, quod ejus, qui spreto cibo, fame interit,
vitam per omnipotentiam suam non conservat: ita in
conversione similiter vult, ut mediis à se constitutis uta-
mur, nec ex eo, quod in praefactis & media contumaci-
ter excutientibus peccatoribus incredulitatem non per
suam omnipotentiam aufert, causa damnationis eorum
dici potest. In externo autem usu mediorum, per quae
Deus conversionem in nobis operari vult, homini adhuc
superesse libertatem, in confessio est. Possumus enim,
si volumus, ad coetum Ecclesiae accedere, verbum audire,
& nobiscum id meditari. Quod ubi fecerimus, Deus et-
iam gratia sua aderit, & mentem, si malitiosa repu-
gnantia ablit, per verbum illuminabit, volunta-
tem movebit, cor lapideum tanget, emolliet, tollet, &
carneum dabit. Deinde possumus etiam viribus per gra-
tiam acceptis ulterius uti ad fidei & novae vita incremen-
tum; possumus orando, meditando, carnem crucifigen-
do instare, donec tandem ex hac peccatorum & miseria-
rum valle in coelestem, quo omnes tendimus, patriam
transferamur.

I CA-

CAPUT IX.

Argumenta Wendelini, quæ contra veram sententiam urget, expenduntur.

Argumenta Wendelini quoique nobis opponantur. Responso ad I. Aliud est ex Gratia; aliud ex Electionis gratia dari. Ad II. Deum elegisse nos, ut essemus Sancti, bifariam exponi solet: namirum de sanctitate vel būjus, vel future vita. Accommodatio ad argumentum. Ad III. non repugnat, aliquid alio, argue alio respectu habere se ut causam impulsivam, & ut effectum. An fides electionis effectus sit. Ad IV. antecedens; ad V. VI. & VII. consequentia negatur.

S. CLIV. Huc usque præcipua, quibus absolutum prædestinationis decretum substructum est, fundamenta ad veritatis lancem expendimus. Pedem nunc figeremus, nisi negotium nobis facerent argumenta, quibus adversarii veram, & à nobis suprà in Cap. III. expositam sententiam, quod scilicet in Christo facta sit electio ad vitam æternam, labefactare conantur. Ea verò à Wendelino in Epit. Theol. Christ. lib. I. cap. III. hoc ordine & modo proponuntur.

I. Nihil boni spiritualis in homine peccatore Deus prævidit, nisi quod ex gratia ipsi daturus erat: quod negare non potest, nisi qui cum Pelagio sentit. Ergo non fidem aut bona opera prævidit, nisi que ex prima electionis gratia erant fluxura.

II. Ideò nos Deus elegit, ut sancti & inculpati coram ipso essemus. Eph. I. v. 4. Ergo non elegit, quod tales futuros præviderit, vel quod tales in conspectu ejus essent.

III. Fi-

III. Fides est effectum electionis, Act. 13. v. 48. cre-
diderunt, quotquot erant ordinati ad vitam eternam. Er-
go fides non est causa, propter quam sumus electi, seu, que
Deum ad nos eligendum permoverit.

IV. Si ideo nos Deus elegisset, quoad voluntatem no-
stram bonam, quod in studio pietatis cursum previdisset,
electio esset volentis & currentis hominis. Atqui falsum est
consequens. Rom. 9. v. 16. Electio non est ejus: qui velit, ne-
que ejus, qui currat, sed Dei miserentis.

V. Si electio penderet ex fide praevisa, sequeretur
nos priores elegisse Deum. Atqui falsum consequens: Ergo
& antecedens. Assumptio probatur, Job. 15. v. 19.

VI. Si fides praevisa & opera impulissent Deum ad
electionem nostri aeternam, impellerent quoque eundem ad
vocationem nostri temporalem. Atqui falsum est consequens,
teste Apostolo 2. Tim. I. v. 9. Vocavit nos vocatione sua san-
cta, non ex operibus nostris, sed ex suo proposito & gratia.

VII. Si fides & sanctitas in eligendo homine fuit pra-
visa, & tanquam conditio quadam in objecto electionis re-
quisita, sequitur objectum electionis fuisse hominem per gra-
tiam jam instauratum, justificatum & in ipso limine eterne
vitae constitutum. Atqui falsitatem consequentis omnes sa-
men mentis Theologi agnoscunt. Falsum igitur & antecedens
erit.

§. CLV. Hæc potissima sunt adversariorum argu-
menta: ad quæ priusquam respondeamus, ac cù ma ergo
notandum est, quod non solum nobis, sed & Pontificis ea
à Wendelino opponantur: qui cùm in hoc à nobis dissen-
tiant, quod fidei in Christum, cuius solius intuitu elec-
tionem factam docemus, etiam bona opera accenserent, ideo
citata argumenta, in quibus fides & bona opera conjungun-
tur, eā saltem parte nobis repugnant, quā de fide in Chri-

stum, quod non simus ejus intuitu ad vitam æternam electi, concludunt.

§. CLVI. Quod igitur ad argumentum I. attinet, consequentiam in eo negamus. Nam ex antecedente hoc: *Nihil boni spiritualis in homine peccatore Deus prævidit, nisi quod ex gratia ipsi daturus erat*; non sequitur, nec fidem aut bona opera Deum prævidisse, nisi que ex gratia electionis erant fluxura; sed hoc tantum: nec fidem aut bona opera Deum in homine peccatore prævidisse, nisi que ex gratia ipsi daturus erat. Aliud autem est, aliquid ex gratia dari, aliud ex electionis gratia dari, cum omne, quod ex gratia datur, statim ex gratia electionis detur. Nam eorum qui ad tempus credunt, fides & bona opera etiam sunt bona spiritualia, quæ Deus ipsis ex gratia confert; quod negare non potest, nisi qui Pelagio sentit, ut Wendelini verbis utar. Ea vero non fluunt ex gratia electionis, cum qui saltem ad tempus credunt, concedentibus Calvinianis, non sint electi. Quod si vero consequens eo, quo debebat, modo inferatur: nimisrum, nec fidem prævidisse Deum, nisi quam ex gratia daturus erat; nobis id minimè adversatur: Cum in præced. cap. ostensum sit, nihil impedit, quod minus fides in Christum donum Dei sit, seu ex gratia Dei concessa: & simul ut ratio se habeat, cuius intuitu Deus hominem ad vitam æternam elegerit. De eo interim, an fides sit electionis effectus, & fluat ex gratia electionis, dicetur in resp. ad arg. III.

§. CLVII. Ad II. resp. in explicatione antecedentis, quo Deus dicitur *nos elegisse, ut essemus sancti & inculpati coram ipso*, inter se non omnino convenire Antores. Quidam enim accipiunt hoc de sanctitate, quæ in statu hujus; alii de sanctitate, quæ in statu futuræ vitae electis convenit. Priori modo inter alios exponunt contra,

Re-

Remonstrantes; posteriori Remonstrantes Belgæ in Collat.
Hag. p. 107. quorum hæc sunt verba: *Nos vero potius ar-
bitramur, verba ista, ut simus sancti & inculpati coram
ipso, respicere non ad statum creditum & electorum Dei
in hac terra, sed ad statum eorumdem post hanc vitam in
gloria cœlesti; ac proinde hæc verba: Deus nos elegit in
Christo, antequam jacerentur mundi fundamenta, ut simus
sancti & inculpati coram eo per charitatem, tantundem
valere, atque Deus elegit nos, ut salvi simus, idque ex pura
puta charitate sua, quæ nos elegit. Et paucis interjectis:
Neque vero mirum fratribus videri debet, phrasim istam,
sanctum & inculpatum esse coram Deo, tantum valere, atque
in celis glorificari: quandoquidem Scriptura etiam alibi ita
loquitur: nominatim duobus locis. Prior est hujus episo-
la cap. 5. v. 26. 27. ubi tamen habent verba: *Christus dilexit
Ecclesiam, exposuitque semetipsum pro ea, ut eam sanctifi-
caret, & siceret eam sibi gloriosam: Ecclesiam non haben-
tem maculam aut rugam, aut quicquam ejusmodi, sed esset
sancta & inculpata.* En, eadem habemus verba, quæ ex-
tra omne dubium non possunt intelligi, nisi (sicut etiam
Musculus & Piscator rectè observant) de statu fidelium
in celo, ubi futuræ sunt nuptiæ agni, Apoc. XIX. v. 6. 7.
Similis planè phrasis occurrit etiam in Epist. ad Coloss. cap.
I. v. 20. 21. 22. 23. vide d. l. plura.*

§. CLIX. Si posteriori hoc sensu intelligatur antecedens, argumentum nobis rursus non adversatur, cum ejus conclusio loquatur de perfecta illa sanctitate, quæ induit aliquando coram Deo apparebimus in vita æterna; in præsencia autem non de hac, sed de fide in Christum, an ipsa electionis ratio impulsiva sit, inter nos & Calvinianos controvertatur.

§. CLIX. Sin priori: resp. I. ne si conclusionem nostræ sententia recte opponi. Nam sicut fides & sanctitas inter se distingvuntur, ut arbor & fructus: ita hoc loco pro distinctis ea habemus, nec Deum statuimus propterè nos elegisse, quod sanctos & inculpatos nos futuros; sed quod in Christum nos credituros præviderit. Quemadmodum autem sanctitas nobis inhærens non est, causa eternæ salutis; ita nec ad electionem seu decretum de salute nobis conferenda ut ratio impulsiva habet.

§. CLX. Verum ad hanc responsionem duo excipiunt adversarii:

a) quod fides & sanctitas, et si distingvuntur, ut arbor & fructus, individuo tamen nexu inter se conjuncta sint. Ex quo purant sequi, quod si electi sumus, non quia futuri eramus; sed ut essemus sancti, etiam si sumus electi, non quia credituri eramus sed ut crederemus. Hinc Wendelinus de Prad. Cap. XVII. p. III. Fidem, ait, electionis fructum seu consequens esse ex allegato loco optimè colligitur. Nam si elegit nos Deus jam actu fidelos in conspectu divino, utique elegit quoque jam actu sanctos. Fides enim & sanctitas nexus indissolubilis & perpetuo junguntur. Qui igitur apostolico effato sua constabit veritas? Elegit nos ut essemus sancti: nonne invertendum fuerit? Elegit nos, quia eramus sancti. Si ergò elegit nos nondum sanctos, ut deum essemus sancti: utique elegit quoque nondum credentes, ut deum crederemus.

b) Quod sanctitas continet fidem in se, tanquam partem, & sanctitatis voce fidem tanquam partem comprehendit, & si alias & sanctitas à fide ut fructus ab arbore distinguitur, à contra Remonstrantibus seu orthodoxis haud male afferitur. Nec enim ratio adserri potest idonea, cur fides sanctitatis nostra pars minus recte appelletur, quam alia

alia quævis virtus Christiana. Certè Apostolus ad Gal. V.
v. 22. dum Spiritus fructus, in quibus nostra sanctitas con-
sistit, enumerat; non fidem minus, quam alias virtutes
nominat, & Christiana sanctitatis partem constituit. Nec
est, quod quenquam moveat, quod sanctitas alias à fide di-
stinguatur tanquam fructus ab arbore. Hac enim distinctio
perpetua non est: sanctitatis enim nomine quandoque to-
tus virtutum Christianorum chorus comprehenditur, cuius
fides quoque pars est: quandoque vero boni fructus à fide
tanquam arbore distincti indigitantur. Etsi igitur fides
virtutum Christianorum à fide distinctarum est quasi arbor
aut principium: sanctitatis tamen, & fidem & reliquas
virtutes complexu suo continentis, quò minus appelletur
pars, nihil obstat: Cum videamus ad unum totum tanquam
partes referri, que invicem ut cause & effectus se habent.
Verba rursum sunt Wendel. d. l.

§. CLXI. Resp. ad a) quod fides & sanctas nexus
indissolubili & perpetuo jungatur, facilè largimur: nega-
mus tamen inde sequi, quod si sanctitas; etiam fides sit
electionis effectus: vel quod si electi sumus, non quia fu-
turi eramus, sed ut essemus sancti, etiam simus electi, non
quia eramus credituri, sed ut crederemus. Non enim
universaliter verum est, quod eorum, quæ individuo nexus
conjuncta sunt, si unum; necessariò & alterum effectus ra-
tionem habeat. Nam fides justificans, studium honorum
operum, & pax conscientiae individuo inter se nexus con-
junguntur: quo tamen non obstante, fides ad justificatio-
nem ut causa, studium autem honorum operum & pax con-
scientiae ut consequentia sese habent, quod ipsimet Calvinia-
ni agnoscent: sicut inter alios Wendelinus in Theol.
Christ. L. I. c. XXV. th. VI. fidem justificationis causam ef-
ficientem instrumentalem, th. X. autem pacem conscientia-
rum

rum nostrarum illius effectum ; & th. XI. studium nova
obedientia ejus adjunctum esse statuit. Si igitur est bona
hæc collectio : Deus elegit nos, ut essemus sancti. Ergo et-
iam ad hoc , ut crederemus in Christum , nos elegit , & con-
sequenter fides in Christum non est causa, sed effectus ele-
ctionis ; ego similiter colligam : Deus justificat nos fide,
ut pacem habeamus cum ipso , & ut in posterum in novitate
vita ambulemus. Ergo etiam ad hoc nos justificat , ut cre-
damus , & per consequens fides non est causa, sed effectus
justificationis. Consequens autem , juxta ipsos Calvinianos , falsum est , & tamen consequentia eadem , quæ illa
Calvinianorum ratione nititur : nempè sicut sanctitas ita
& pax conscientiarum nec non studium bonorum operum in-
dividuo nexus cum fide conjuguntur.

§. CLXII. Ad β) exceptionem resp. Si sanctitas
latè sumatur, prout ambitu suo omnes Christianas virtutes
comprehendit, concedimus, quod fides ejus pars quo-
dammodo vocari possit, eum scilicet in modum, quo pars
dicitur quodlibet, quod in toto per aggregationem con-
tinetur. Quod autem Apostolus h. l. sanctitatis voce in
eo significata utatur, à Wendelino nondum probatum
est.

§. CLXIII. Quod si verò vel maximè ponamus,
ita accipiemus nunc esse vocem sanctitatis, non tamen
habebunt Calviniani, quod volunt. Sciendum igitur,
vel repetendum potius ex superiori dictis in §. XLI. quod
fides considerari possit bifariam. Uno modo, ut est qua-
litas nobis inherens , & virtus Christiana, ceterarumque
virtutum radix & causa. Altero, in respectu ad meritum
Christi, quod apprehendit, nobisque applicat. Priori
modo sanctitatis pars dici potest, ut nihilominus posteriori
modo se habeat ut ratio , cuius iustitu Deus nos elegerit.
Nec

Nec quicquam impedit, quod mindus utrumque verum sit,
nemp̄ Deum elegisse nos, quia in Christum nos creditu-
ros pr̄vidit; & elegisse nos, ut essemus sancti, h. e. ut
fides, quā meritum Christi apprehendimus, & cuius intui-
tus sumus electi, etiam in vita per charitatem & alias vir-
tutes Christianas sese exerat: hoc autem est munus fidei,
quatenus ut virtus & inhārentis sanctitatis pars conside-
ratur.

§. CLXIV. Ad III. resp. I. negando consequenti-
am. Non enim repugnat, unam & eandem rem habere
se ut causam & ut effectum; sed alio atque alio respectu;
quod de fine manifestum est, qui prout movet voluntate-
m ad electionem mediorum, causa & prout produci-
tur per media, effectus rationem habet. Idem de causa
impulsiva procedere, ostenditur h̄c exemplo: Cū Is-
raēlitarum Rex Saulus filiam suam cum dote magnā pro-
mitteret se elocaturum ei, qui superaturus esset Golia-
thum, causa impulsiva erat occisio Goliathi, vel victoria,
quam rex superato illo, à Philistaeis se reportaturum spe-
rabat. Ut res fiat clarior ponamus, Saulum probabiliter
pr̄vidisse, vel ex divina revelatione intellexisse, quod
David superaturus esset Philistæum illum, si manum cum
ipso consereret, eumque ut ad duellum prodiret, horta-
tum esse, interposita fide, quod si vicerit, filiam suam ei
in uxorem sit daturus cum dote magna. Quo promissio
si excitatus David ad duellum produisset, negari non potest,
quod duellum cum Goliatho in eundem, quatenus vel ex
probabili quadam ratione vel ex divina revelatione pr̄-
cognitum, impulsiva causa fuisset regii promissi, & hoc
ejus causatum; & contra promissum regium fuisset causa
impulsiva duelli cum Goliatho actu à Davide initi; hoc
verò illius causatum.

K

§. CLXV.



§. CLXV. II. Antecedens quoque dubium est.
Et si enim fides in Christum suo modo electionis effectus
forsitan dici potest hoc tamen loco non queritur, an quo-
cunque modo ea ad electionem ut effectus; sed an fides
previsa ad electionem tanquam ad causam impulsivam, se
habeat ut causatum impulsum, Wendelinus loquitur in Tr.
de Præd. cap. XVII. p. 98. Atque hoc probandum incum-
bebat Wendelino; ex adducto autem loco Act. XIII. v. 48.
Crediderunt, quotquot ordinati erant ad vitam æternam;
neuriquam probari potest. Nihil enim aliud verbis hisce
significatur, quam quod ex coetu auditorum Pauli conversi
tunc fuerint & crediderint omnes, qui ab æterno erant ad
salutem electi. Ex hoc autem quâ, quæso, consequentiâ
deducetur, quod electio ad prævisam fidem in Christum
ut causa impulsiva sese habeat.

§. CLXVI. Ad IV. resp. antecedens falsum esse, &
nostrisibus Theologis injuriam facere quisquis iis tribue-
rit, quod ideo statuant Deum nos elegisse, quod voluntatem
nostram bonam, quod in studio pietatis cursus previdenter &c.

§. CLXVII. Ad V. resp. si antecedens: *Electionem*
pendere ex fide prævisa, idem notat, quod intuitu fidei in
Christum nos electos esse, negatur consequentia.

§. CXIX. Wendelinus quidem eam probare vult:
Connexi inquiens, nostris ratio evidens: *Si Deus antequam*
nos elegisset (loquimur de prioritate ordinis) previdisset nos
tredituros, & ideo nos elegisset: utique elegisset, quia in
*prævisione ejus ipse adhærebamus, & ipsum jam ante ele-*ge-**
ramus. Qui enim adhæret Deo, neglecto Satana, is Deum
sibi eligit &c.

§. CLXIX. Qua in probatione, quod ex antece-
dente sequi dicitur: *Deum elegisse nos, quia in ejus prævi-*si-**
one ei adhærebamus, admitti potest, si sensus sit: Deum
ele-

elegisse nos, quia præviderat nos sibi adhesuros; modo intelligatur 1. adhesio per fidem in Christum. 2. ratio movens: Deum ad eligendum nos tribuat fidei, non ratione sue & sibi internæ virtutis, sed ratione objecti, nempè meriti Christi. Ex hoc autem non rectè infertur, quod nos priores Deum elegerimus. Nam phrasis hæc vel accipitur de electione, quæ sit actus nostri liberi arbitrii, & sic per se patet, consequentiam nullam esse, vel de electione, quæ sit actus fidei, ut qui per fidem adhæret Deo, seu credit in Deum, hoc ipso dicatur Deum, neglecto Satana, eligere, sicut à Wendelino hic exponitur. Arque sic rursum consequentia non procedit. Nam ex antecedente hoc: Deus elegit nos, quia prævidit nos sibi adhesuros, non sequitur, quod nos priores elegerimus Deum, sed tantum: Deum prius, quam nos elegerit, vidisse, quod ipsum essemus electuri, h. e. ipsi præ Satana adhesuri, seu in ipsum credituri, idque non ex nostris viribus, sed per suam gratiam. Quod verissimum est, nec impedit, quod minus Deus dicatur nos elegisse ab æterno, & sic prius; nos autem postea demum in tempore ipsum eligamus h. e. ipsi adhæreamus, & credamus. Non enim ratione fidei actu existentis, sed adhuc futuræ & saltem prævisa Deus nos elegit.


§. CLXX. Ad VI. Argumentum hoc, si nobis opponi debeat, erit hunc in modum formandum: Si prævisa fides (ratione & virtute objecti sui, nempè meriti Christi) Deum impulisset ad electionem nostri eternam, impelleret quoque eundem ad vocationem nostri temporalem &c. Etsi vero consequens falso esse, locus, à Wendelino ex 2. Tim. I. v. q. citatus nos evincit, nos tamen, misso consequente, nunc consequentiam negamus, ob diversitatem, quæ inter nostri electionem eternam, & vocationem

temporalem

temporalem intercedit. De hac enim constat, quod non solum iis qui credituri, sed & his, qui in incredulitate sua persisturi sunt, obtingat, & sic tum electis tum reprobis communis sit, quandoquidem multi sunt vocati, pauci vero electi, Matth. XX. v. 16. cap. XXII. 14. De illa autem supra pluribus probatum dedimus, quod facta sit intuitu meriti Christi, fide apprehendendi: quæ propterea ab extero pro objecto habuit solos illos, qui in Christum credituri, & in fide ad finem usque perseveraturi erant. Non igitur ab electione ad vocationem, vel ab hac ad illam concludere licet.

§. CLXXI. Ad VII. rursum consequentiam negamus. Fides enim hoc ipso, quod in electione à Deo erat prævisa, in homine eligendo nondum existebat, sed adhuc erat futura, sicut nec homo tunc existebat. Ex quo sequitur, objectum electionis fuisse hominem, non actu jam credentem, sed crediturum, & sic per gratiam non jam restauratum & justificatum, sed aliquando restaurandum & justificandum. Ettantum de hac materia.

SOLI DEO GLORIA.



- Dissertationum hoc in volumine quib[us] continentur catalogo.
1. De Legali Secundotio Calouci.
 2. Theologia Iesu anno 1700. Henr. Maii.
 3. Dr. Breithaupti Orat: inaugur: de Reformatione: Saany: 1702 et Indole.
 4. Historia Reformationis Christianorum inter alij. Et. et Reformationem: 1704.
 5. Stuvenbergi: De Theologie: 1704.
 6. Dr. D. Breithaupti Exercitatio Geometrica in Epistola ad Pauli ad Titum.
 7. Paderbor. primaduepisodii in Epistola ad Pauli ad Philippenses.
 8. Dr. Henr. Melleri commentatiuncula in dicto paulino. Cor. 2. 11. 13. Oris in vnu. Spurz. 1704.
 9. De Novissimis Dilectis in pia fadens Patrum Ignodo.
 10. Dr. Ritterowski de Reribus Primo.
 11. Dr. J. C. Mussoi de Redefinitione contra Calvinianos.
 12. Eid: De Sac: Cœra.
 13. Dr. Henr. Michaelis De Textu N.T. Provo.
 14. Diff: Inauguralis De rebus ^{Quatuor novis} nostri cœni Deo. Dr. D. Breithaupti.
 15. W. Chr. Bened. Michaelis De Nominibus Christi. ||||

153635

AB 153635 (1)

Vd 18



3

fl

Vd 17



B.I.G.



II.

Q. D. B. F. Q. V.

De

PRÆFIXIS HE- BRÆORUM, earumq; diversæ significationis ratione DISSER TATIO

In Academia Fridericiana,
P R A E S I D E
V I R O

Plurimum Reverendo, Amplissimo nec non Doctissimo,
M. AUGUSTO HERMANNO
FRANCKIO,

Lingg. Orient. Prof. Publ. ut & Pastore
Glauchensi fidelissimo, Domino Präce-
ptore suo ætatem colendo,

D. XIX. Jun. ab hora matutina VII. usq; ad X.

ProGradu in Philosophia ritè capeſſendo,

Eruditorum examini publicè submittit
Autor & Respondens

OTTO WILHELM SCHUSLER.
Blancoburgensis.

HALÆ, VIDUÆ LITERIS SALFELDIANAÆ.

